pluribus terrestri itinere euntibus. Nauiganti secus terram, & ad octingenta stadia Tanaide progredienti, primũ est is qui magnus Rhombites dicitur, ubi piscatio multa est & conditurę aptæ. Deinde aliorum octingentorum stadiorum interuallo, est minor Rhombites, quod promontorium non adeo piscibus abũdat. Maiores Rhombitani insulas habent stationibus plenas. Qui uero minorem Rhombiten incolunt Mæotæ sunt, homines operarij. In tota enim hac præternauigatione Mæotæ habitant, agricultores non minus quàm Nomades bellicosi, & in gentes plurimas diuiduntur, quorum qui Tanaim accolunt, agrestiores sunt: qui uero Bosphoranis cohærent, mitiorem uitam degunt. A minore Rhombite in Anticitam flumen, & Tyramben stadia sunt sexcenta. Hinc in uicum Cimbricum centum ac uiginti, unde soluunt qui nauigant. In hac præternauigatione quędam Clazomeniorum speculæ inueniunt. Cimmericũ urbs erat in Cherroneso sita, quæ fossa & aggere Isthmũ claudebat. Nam Cimmerij olim potentiam in Bosphoro maximã habuere, unde & Cimmericus Bosphorus appellatus est. Hi sunt qui ad Ponti dextrã mediterraneam rẽgionẽ habitantes usque in Ioniam excurrebant, hos Scythæ ex his sedibus pepulerunt, Scythas autem Græci qui Panticapæum & alias in Bosphoro urbes habitabant. Hinc in uicum Achilleum sunt stadia uiginti, in quo Achillis templum est. Hic est angustissimum ostij Mæotidis fretum ad stadia uiginti, uel paulo plura, habens in ulteriore regione Myrmecium uicum, & Parthenium, Heracleo proximum. Hinc ad Satyri monumentum stadia sunt nonaginta, id est in promontorio quodam positum, hominis in Bosphoro clarissimi ac potentissimi. Proximus est uicus Patraeus, à quo ad uicum Corocõdamen sunt stadia centum ac triginta. Is finis est Bosphori, qui Cimmericus appellatur. Sic enim angustiæ uocantur, ab ostio Mæotidis, id est ab Achillęi & Myrmecij angustijs, usque ad Corocondamen & oppositum ei uicum Pantica pensis agri, nomine Acram, qui septuaginta stadijs freto disiungitur. Nam & huc usque glacies pertendit Mæotidæ, adeo frigore concreta, ut pedibus permeetur. Hæ angustiæ totæ sunt portuosæ.

πλέους εἰσὶ παραλεγομένῳ τὴν γῆν. ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ παρὰ γῆν, πρῶτον μὲν ὄρμος ἀπὸ τοῦ ταναΐδου πρόεισιν ἐν ὀκτακοσίοις σταδίοις, ὁ μέγας καλούμενος ῥομβίτης, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστα ἁλισύμματα τῶν εἰς ταριχείας ἰχθύων. ἔστι τε ἐν ἄλλοις ὀκτακοσίοις ὁ ἐλάσσων ῥομβίτης, ἄκρα ἔχουσα καὶ αὐτὴ ἁλιείας ἐλάττους. ἔχουσι δὲ οἱ μὲν πρότερον νησία ὁρμητήρια, οἱ δ' ἐν τῷ μικρῷ ῥομβίτῃ αὐτοί εἰσιν οἱ μαιῶται ἐργαζόμενοι. οἰκοῦσι γὰρ ἐν τῷ παράπλῳ τούτῳ πάντι οἱ μαιῶται. γεωργοὶ μὲν, οὐχ ἧττον δὲ τῶν νομάδων πολεμικοί. διῄρηνται δὲ εἰς ἔθνη πλείω, τὰ μὲν πλησίον τοῦ ταναΐδου ἀγριώτερα, τὰ δὲ σωφρονέστερα τοῦ βοσπόρου χειροήθη μᾶλλον. ἀπὸ γὰρ τοῦ μικροῦ ῥομβίτου στάδιοί εἰσιν ἑξακόσιοι ὧδε τυραμβίτῃ, καὶ τὸν αὐτικείτην ποταμόν, ἐφ' ὃν ἐκατὸν καὶ εἴκοσι, ὧδε τὴν κώμην τὴν κιμβερικήν, ἣν πλεῖ ὄψιν ἀφετήριον τοῖς τὴν λίμνην πλέουσιν. ἐν ᾗ τοῦ παράπλου τούτου, καὶ σκοπαί τινες λέγονται κλαζομενίων. τὸ δὲ κιμμερικὸν πόλισμα τοῦ πρότερον ὄντος χερρονήσου ἱδρυμένον, τὸν ἰσθμὸν τάφρῳ καὶ χώματι κλείουσα. ἐκέκτηντο δ' οἱ κιμμέριοι μεγάλην πόλιν ἐν τῷ βοσπόρῳ σκιάμιν. διόπερ καὶ κιμμερικὸς βόσπορος ὠνόμασται. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντες ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ πόντου μέχρι ἰωνίας ὠθισθέντες. τούτους μὲν οὖν ἐξέλασαν ἐκ τῶν τόπων σκύθαι. οὗτοι δὲ σκύθας ἐλλάδι, οἱ παντικάπαιον καὶ τὰς ἄλλας οἰκήσαντες πόλεις τὰς ἐν βοσπόρῳ. ἔστι τῶν τὴν ἀχίλλειον λῶμα, ἐπὶ σταδίους, ἐν ᾧ τὸ ἀχιλλέως ἱερόν. ἐντεῦθεν δ' ὄψιν ὁ στενώτατος πορθμὸς τοῦ στόματος τῆς μαιώτιδος, ὅσον ἐπὶ σταδίους, ἃ καὶ πλείονα, ἔχων ἐν τῇ πέραιᾳ τὸ μυρμήκιον λῶμα. πλησίον δ' ὄρος τοῦ ἡρακλείου, καὶ τὸ παρθένιον. ἐντεῦθεν δ' ὧδε τὸ σατύρου μνῆμα, γνωμήκοντα σταδίοι, ἔστι δ' ὄψιν ἐπ' ἄκρας τινὸς χωσὸν αὐθρώποις τῶν ὀνομαστῶν διασεσωσμένον τοῦ βοσπόρου. πλησίον δὲ λῶμα παράλυσις, ἀφ' ἧς ὧδε λώμα κορακονδάμα ἐκατὸν τριάκοντα. αὖθι δ' ὄψιν τοῦ κιμμερικοῦ καλουμένου βοσπόρου πέρας. καλεῖται δὲ οὗτος ὁ στενωπὸς ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς μαιώτιδος, ἀπὸ τῆς ἥ τε ἀχίλλειον, ἔστ' ἂν τὸ μυρμήκιον στενῶν, διατείνων μέχρι πόας τῆς κορακονδάμα, ἔστ' ἂν αὐλικείμενον αὖθις λῶμα τὸ παυλικαπαίων τῆς ὀνομαζομένης ἄκρας, ἑβδομήκοντα σταδίων διειργομένων πορθμῷ. μέχρι γὰρ δεῦρο, ἔστ' ὁ λιμνάτης διατείνει πεπηγὼς τῆς μαιώτιδος τῇ οὖν κιμμερικὸς ὡς τε πεζεύεσθαι, ἅπας δ' ὄψιν οὐλίμνιος ὁ στενωπὸς ὅδος

ὑπάρκειται.

ὑπέρκειται δὲ τῆς κορωκονδαμήτης λίμνης, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ αὐτῆς κορωκονδαμῆτιν. ἐκ δὲ ταύτης εἰς τὴν θάλατταν ἐμβάλλει δι' ἑνὸς στόματος εἰς τὸν λίμνην ἀπορρώξ τις τοῦ αὐτόθι ποταμοῦ, καὶ ποιεῖ νῆσον τοῦ ἰλυσόν τινα, παύτη τε τῇ λίμνῃ καὶ τῇ μαιώτιδι καὶ τῷ ποταμῷ. τινὲς δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ποταμὸν ὑπανιν προσαγορεύουσι, καθάπερ καὶ τὸν πρὸς τῷ Βορυσθένει. εἰς πολλοὺς δὲ εἰς τὴν κορωκονδαμῆτιν, ἔστι φαναγορεία δὴ πόλις ἀξιόλογος, καὶ κῆπος, καὶ ἑρμώνασσα, καὶ τὸ ἀπόκτυρον τῆς ἀφροδίτης ἱερόν, ὧν ἡ φαναγορεία, καὶ ὁ κῆπος ἴσῃ τῶν λεχθέντων νήσων ἵδρυνται, ἐπὶ λείονι τῇ ἀειεσῶ. αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐνδεξιᾶ πέραν ἐπανίοντι, ἐν τῇ σινδικῇ. ἔστι δὲ καὶ γοργιππία. ἐν δὲ τῇ σινδικῇ τὸ βασίλειον τῶν σινδῶν πολισίον θαλάττης, καὶ ἀβόρακα. τοῖς δὲ τοῦ βοσπόρου διώκουσιν ἐπήκοοι ὄντες ἅπαντες βοσπορανοὶ καλοῦνται. ἔστι τε μὴν εὐρωπαίων βοσπορανῶν μητρόπολις ἡ παντικάπαιον. τῆ δ' ἀσιανῶν ἡ φαναγόρεια. καλεῖται γὰρ καὶ ὅπως ἡ πόλις. καὶ ἀδκεῖ τῶν μὲν ἐκ τῆς μαιώτιδος καὶ τῶν ἐπόρκειμένων βαρβάρων καπνομιζομένων ἐμπόριον εἶναι τὰ φαναγόρεια. τῶν δ' ἐκ τῆς θαλάττης ἀναφορομένων ἐκεῖσε τὸ παντικάπαιον. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ φαναγορείᾳ τῆς ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τοῦ ἀπατούρου. ἐτυμολογοῦσι δὲ οἱ ἐπιθέτην τῆς θεοῦ μύθον τινὰ προσκάμμενοι, ὡς ὑπὸ θεμένων ἐνταῦθα τῇ θεᾷ τῶν γιγάντων, ὧν καλεσαμένη ἦν ἡρακλέα, λιρύψαι ἐγκύθμωνι τινί. ἅπτα δὲ γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ὥραν, ὡς ἡρακλεῖ παραδιδοὺς δολοφονεῖν ἀπάτης. τῶν μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ σίνδοι, καὶ σανδαλῆται, καὶ τορεᾶται, καὶ ἄγροι, καὶ ἀρρίχοι. ἔτι δὲ τάρπητοι, ὀδρύσαι, σιγάκιοι, σιγάκιοι, δόσκοι, ἄλλοι πλείους. τούτων δ' εἰσὶ καὶ οἱ ἀσπαγιτανοί, μεταξὺ φαναγορείας οἰκοῦντες καὶ γοργιππίας, ἐν πεντακοσίοις σταδίοις. οἷς ὑπεθέμην πολέμῳ ὁ βασιλεὺς τῶν πρασποιήσει χιλίας, ὁπλαθῶν, αὐτεστρατηγήθη, καὶ χωρία λαφθεὶς ἀπέβαινε. τῶν δὲ συμπάντων μαιωτῶν τῶν ἀσιανῶν, οἱ μὲν ἐπήκοον τῶν ἐμπορεῖον ἐχόντων, ἐν ᾧ ταναΐδι. οἱ δὲ, τῶν βοσποριανῶν. τό τε δ' ἀφίσαντο ἄλλοτ' ἄλλοι. πολλάκις δ' οἱ τῶν βοσποριανῶν ἡγεμόνες, καὶ τὰ μέχρι τῶν ταναΐδος κατεῖχον, καὶ μάλιστα οἱ ὕστατοι φαρνάκης καὶ κασάνδρος καὶ πολέμων. φαρνάκης δέ ποτε καὶ τὸν ὑπανιν διὰ τῶν παλαιῶν διωρύχων, ἀνακαθάρας αὐτὴν καὶ καταπλύσας τῷ χάρακι, μετὰ

Supra Corocondamen lacus iacet, qui ab ea Corocondametis uocatur, & decem ſtadia à uico in mare emittit. Pars uero Anticiti abrupta, & in lacum influens, inſulam efficit, quę lacu hoc & Mæotide & flumine circuncirca abluitur. Hoc flumen nonnulli Hypanim uocãt, quemadmodum id quod eſt Boryſthenì proximum. Et ad Corocõdametim nauiganti eſt Phanagoria ciuitas memoratu digna, & Cepus & Hermonaſſa, & Apaturum Veneris fanum. Quarum Phanagoria & Cepus ſunt in inſula ad ſiniſtram nauiganti, aliæ urbes ſunt in Sindica ultra Hypanim à dextris. Item in Syndica regio eſt Sindorum Gorgiptia mari proxima, & Aboraca. Quicunque Boſphori potentibus parent, Boſphorani appellantur. Boſphoranorum metropolis qui ſunt in Europa Panticapæum eſt, Aſianorum uero Phanagorium. ſic enim & hæc ciuitas uocatur. Phanagoria emporium eſt earum rerum, quæ ex Mæotide & ulteriore Barbarorum regione importantur. Earum uero quæ mari aduehuntur Panticapæum. Phanagoriæ eſt inſigne Veneris Apaturiæ templum. Id adiectiuum interpretantur, fabulam quandam afferentes, quod cum gigantes Venerem adorirentur, illa Hercule inuocato, tam diu in latebris quibuſdam latitauit, donec gigantes ſigillatim excipiens, dolo Herculi occidendos exhibuit. Ex Mæotis ſunt Sindi & Dandarij, Toreatæ, Agri, Arrichi, item Tarpetes, Ouidiaceni, Sittaceni, Doſci, alijq; complures, è quibus ſunt Aſpungitani, qui inter Phanagoriam Gorgiptiamq; habitant quingentorum ſtadiorũ ſpatio, quos cum Polemo rex ſimulata amicitia adoriretur, nec id eos lateret, ſed contra inſtructi exirent, captus, interemptusq; eſt. Ex omnibus Aſianis Mæotis, ijs qui forum habebant, quod ad Tanaim eſt parebant, Boſphorani uero frequenter iugum detrectabãt. Sæpe Boſphoranorum duces, ea quæ ad Tanaim uſque ſunt, occupauerunt: præſertim poſtremi Pharnaces, Caſſander, ac Polemon. Pharnaces quoque Hypanim Dandarijs olim per antiquam foſſam dicitur induxiſſe, qua purgata, regionem totam diluit. Poſt Sindicam

Sindicam & Gorgopiam in Achæorũ & Zygorum & Heniochorum mari ora, magna ex parte montosa & importuosa, cum Caucasi pars sit, ij ex maritimis latrocinijs uiuunt. Lembos habent exiles, arctos, leues, uigintiquinq; hominum capaces, rari triginta susci piũt. Hos lẽbos Græci καμάρας uocant. Tradunt Phthiotas Achæos, ex Iasonis exercitu Achaiam hãc habitasse, Laconas uero Heniochiam, quorum duces Rhecas & Amphistratus fuerunt, Castoris & Pollucis aurigæ, unde ἡνιόχοι (ut par est) ex ijs sunt nominati. Ex his itaq; lembis classem comparantes, & interdum ad naues onerarias, interdum ad regionem uel urbem aliquam nauigantes, mari dominantur. Bosphorani eos nonnunquam in stationibus accipiunt, & commeatus & uendendæ prædę copiam suppeditant. Hi cum domum repetunt, & ultra nauigare non possunt, lembos humeris impositos in syluas referunt, in quibus habitantes, tenue solum arant. Rursum cum nauigandi tempus adest, eos in mare deferunt. Idem faciunt in aliena (nam loca syluosa nota habent) ubi absconditis lembis ipsi noctu, nonnunquam interdiu pedibus errant, capiendorum hominum gratia, quos cum ceperint facile redemptitios faciunt. Nam inter redeundum, rem omnem ijs significant qui illos amiserunt. In locis itaque quæ sunt principibus subdita, qui iniuriam accepere, aliquod præsidium ab ijs habent, qui sæpe illos insecuti, lembos atque piratas capiunt. Regio uero quæ sub Romanis est minus habet auxilij, propter eorum negligentiam qui mittuntur. Harum itaque gentium uita talis est, quæ Sceptuchis subditæ sunt, Sceptuchi autem regibus uel tyrannis. Heniochi reges quatuor habebant, cum Mithridates Eupator è paterno regno fugiens Bosphororum regionem permeauit, quæ quidem ipsi peruia fuit. Zygorum uero terram propter locorum difficultatem atque asperitatem accedere diffisus, ægre maritima ora profectus est, sæpe mare ingressus quousque in Achæorum agrum peruenit, quibus adiutoribus iter ex Phasíde consummauit ad quatuor ferè millia stadiorum. A Crocondame orientem uersus recta nauigatio est. Hinc ad stadijs c. & octuaginta, est Sindiacus portus & ciuitas,

δὲ τῶν σινδικῶν καὶ τῶν γοργοπίων ὑδὶ τῇ θαλαττῃ τῇ τῶν ἀχαιῶν καὶ ζυγῶν καὶ ἡνιόχων παραλία τὸ πλέον ἀλίμενόν ἐστι καὶ ὀρεινή, τοῦ λαιμάσου μέρους οὖσα. ζῶσι δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ θάλατταν λῃστείων, ἀκάτια ἔχοντες λεπτὰ σφυρὰ καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους ὠμοὺς τε καὶ ἑπομένους δεχόμενα. ταῦτα νηὸς δὲ τριάκοντα διέξεισι τοὺς πάντας δυνάμενα, καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ ἑλληνες καμάρας. φασὶ δ' ἀπὸ τῆς ἰάσονος στρατιᾶς, οὓς μὲν φθιῶτας ἀχαιοὺς τῆ ἐνθάδε ἀχαΐαν οἰκῆσαι, λακωνας δὲ τῶν ἡνιοχίαν. ὧν ἦρχον ῥῆκας καὶ ἀμφίστρατος οἱ τῶν διοσκούρων ἡνίοχοι. καὶ οὓς ἡνιόχους ἀπὸ τούτων εἰκὸς ὠνομάσθαι. τὰ δ' οὖν καμαρῶν σόλους κατασκευαζόμενοι καὶ ὧν πλέουσιν, ὁτὲ μὲν ταῖς ὀλκάσι, τοτὲ δὲ χώρας ἐνί τινι καὶ πολλῷ θαλαττοκρατοῦσι. προσλαμβάνουσι δ' ἐνίοτε καὶ οἱ τὸν βόσπορον ἔχοντες, ὑφορμοῦντες, χορηγοῦντες καὶ ἀγοράν καὶ διάθεσιν τῶν ἁρπαζομένων. ἐπανιόντες δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία, ναυλοχεῖν οὐκ ἔχοντες, ἀναθέμενοι τοῖς ὤμοις τὰς καμάρας, ἀναφέρουσιν ὧν οὐδ' ὄρυμούς, ἐν οἷς πόρρω καὶ οἰκοῦσι, λυπροῦ ἀρόσιμον γῆν. καταφέρουσι δὲ πάλιν ὅταν ἡ καιρὸς τοῦ πλεῖν. τὸ δ' αὐτὸ ποιοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ, γνώριμα ἔχοντες ὑλώδη χωρία, ἐν οἷς ἀποκρύψαντες τὰς καμάρας, αὐτοὶ πλανῶνται πεζοὶ νύκτωρ, καὶ μεθημέραν αὐθρακοδισμοῦ χάριν. ὃ δ' ἂν λάβωσιν ἐπίλυτρα ποιοῦνται ῥᾳδίως, μετὰ οὐκ αὐλοπλους μισθοῦντες τοῖς ἀπολεσασιν. ἐν μὲν οὖν διωκομένοις τόποις, ἔστι τις βοήθεια ἐκ τῶν ἡγεμόνων τοῖς ἀδικουμένοις. αὐτεπιτίθενται γὰρ πολλάκις, καὶ κατάγουσιν αὐτανδρους τὰς καμάρας. ἡ δ' ὑπὸ ῥωμαίοις ἀβοήθητός ἐστιν, ἀλλὰ τῶν ὀλιγωρείαν τῶν πεμπομένων. τοιοῦτος μὲν ὁ τούτων βίος, διωκομένοις δὲ, καὶ οὐ πάνυ ὑπὸ τῶν καλουμένων σκηπτούχων. καὶ αὖ περὶ δὲ οὐ πάνυ ὑπὸ τυράννοις, ἢ βασιλεύσιν εἰσίν. οἱ γοῦν ἡνίοχοι τέτταρας ἔσχον βασιλέας, ἡνίκα μιθριδάτης ὁ εὐπάτωρ φεύγων ἐκ τῆς πατρωνικῆς εἰς βόσπορον διήκει τὴν χώραν αὐτῶν. καὶ αὕτη μὲν ἡ πρόσοιμος αὐτοῖς. τῆς δὲ τῶν ζυγίων ἀγνοοῦς διά τε δυσχωρίας, καὶ ἀγριότητας, τῇ παραλίᾳ χαλεπῶς ἔστι τὰ πολλὰ ἐμβαίνουν ὑδὶ τὴν θάλατταν, ἕως ὑδὶ τῆ τῶν ἀχαιῶν ἥκει. καὶ προσλαβόντων τούτων, διεκπλέουσι τὸν ὁλκὸν, τὸν ἐκ φάσιδος, οὐ πολὺ τῶν τετρακισχιλίων λείπουσαν σταδίων. εὐθὺς οὖν ἀπὸ τῆς ἱεροκωλάκης, πρὸς ἕω μὴ ὁ πλοῦς ὄσιν. ᾗ ἦ σταδίοις ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, ὁ σινδικὸς ὄρμος καὶ πόλις.

ἔστι

ἔπειτα ἐν τετρακοσίοις τὰ καλούμενα Βάτα νόμια, καὶ λιμήν, καθ' ὃν μάλιστα αὐτικρὺς ὄψει πρὸς νότον ἡ σινώπη τῇ παραλίᾳ, καθάπερ ἡ κάραμβις ἄρχῃ τοῦ λοιποῦ μετώπου. ἀπὸ δὲ τῶν Βατῶν, ὃ μὲν ἀρτεμίδωρος τὸν λοιπὸν τῶν λοιπῶν λέγει παραλίαν ὑφόρμους ἔχουσαν, καὶ λιμένας, ὅσον ὑπὲρ σταδίους ὀκτακοσίους, καὶ τριακοντάστα. ἔπειτα τὸν τῶν ἀχαιῶν σταδίων τριακοσίων. ἔπειτα τὸν τῶν ἡνιόχων χιλίων, ἔπειτα τὸν πιτυοῦντα τὸν μέγαν, τριακοσίων ἐξήκοντα μέχρι διοσκουριάδος. οἱ δὲ τὰ μιθριδατικὰ συγγράψαντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον, ἀχαιοὺς λέγουσι πρώτους, ἔπειτα ζυγούς, ἔπειτα ἡνιόχους, ἔπειτα λοφκέτας, καὶ μόσχους, καὶ κολχούς, καὶ οὓς ὑπὲρ τούτων φθειροφάγους, καὶ θοανάς, καὶ ἄλλα μικρὰ ἔθνη τὰ πρὸς τὸν καύκασον. καταρχὰς μὲν οὖν ἡ παραλία καθάπερ ἔπορ ὑπὸ τὸν ἰσον τείνει, καὶ βλέπει πρὸς νότον. ἀπὸ δὲ τῶν βατῶν ὑποστρέφει λαμβάνει κατὰ μικρόν. ἔτ' ἀντιπρόσωπον γίνεται τῇ δύσει, καὶ τελευτᾷ πρὸς ἑσπέραν πιτυοῦντα, καὶ τὸν διοσκουριάδα. ταῦτα γὰρ τὰ χωρία σχεδὸν ὁλοσχερῶς τῇ λιχθείσῃ παραλίᾳ. μετὰ δὲ τὸν διοσκουριάδα ἡ λοιπὴ ὅλη κολχίδι ὀρθὴ παραλία, καὶ ἡ στενὴ τραπεζοῦς, καμπὴν ἀξιόλογον ποιοῦσα. ἔπειτα εἰς εὐθεῖαν τεταμένη πως πλευρὰν τὴν τὰ δεξιὰ τοῦ πόντου ποιοῦσαν, τὰ βλέποντα πρὸς ἄρκτον. ἅπασα δ' ἡ τῶν ἀχαιῶν καὶ τῶν ἄλλων παραλία μέχρι διοσκουριάδος, καὶ τῶν ἐπ' εὐθείας πρὸς νότον ἐν τῇ μεσογαίᾳ τόπων ὑποπέπωκε, δι' ἰσθμοῦ. ἔστι δ' ὅρος ὁ ὑποκείμενον τῷ πελάγους ἑκατέρου, τοῦ τε ποντικοῦ, καὶ τοῦ κασπίου, διατείχισμα μὲν ἐοικὸς, ἔργον δὲ ἀπειργασμένον τὰ αὐτά. ἀφορίζει δὲ πρὸς νότον μὲν τὴν τε ἀλβανίαν, καὶ τὴν ἰβηρίαν. πρὸς ἄρκτον δὲ, τὰ τῶν σαρμάτων πεδία. διὸ δικαίως δ' ὄλην παντοδαπῆ, τῇ τε ἄλλῃ, καὶ τῇ ναυπηγησίμῳ. φησὶ δ' ἐρατοσθένης ὑπὸ τῶν ἰνδικῶν καλεῖσθαι κάσπιον τὸν καύκασον, ἴσως ἀπὸ τῶν κασπίων παρωνομασθέντα. ἀγκῶνά τινα δὲ τινὰ αὐτοῦ προπέπουσιν ὑπὲρ τὴν κισσαβείαν, οἵ τε ἰβηρίαν, οἵ τε ἀρμενίαν. βάνουσι μέσην, καὶ τοὺς ἀρμενίων ὅρεσι συνάπτουσι, καὶ τοῖς μοχικοῖς καλουμένοις. ἔπι δὲ ὀλίγον σχιστὴν, καὶ ὀλίγον παρυφὴν. ταῦτα δ' ὑπὲρ μέρος τοῦ ταύρου πάντα, τὸ πιοειδὲς τοῦτο ὑπὲρ τὸν νότον τῆς ἀρμενίας πλευρὸν, ἀπερρωγότα πως ἐκεῖθεν πρὸς ἄρκτον, καὶ προϊόντα μέχρι τοῦ καυκάσου, καὶ τῆς τοῦ εὐξείνου παραλίας, τῆς ὑπὲρ θεμίσκυραν διατεινούσης ἀπὸ τῆς κολχίδος, ἡ δ' οὖν διοσκουριὰς ἐν κόλπῳ τοιούτῳ κειμένη, καὶ τὸ ἰωνικώτατον τοῦ σημείου ἐπέχουσα

dehinc ad quadraginta ſtadia ſunt ea quæ Bata nominantur uicus & portus, ubi Sinope auſtrum uerſus huic oræ plurimum uidetur opponi, quemadmodum Carambis Frontiarietis, ut ante dictum eſt. Author eſt Artemidorus, à Batis oram eſſe Cercetarum octingentorum & quinquaginta ferè ſtadiorũ, quæ ſtationes & uicos habeat. Dehinc Achæorum regionem ſtadijs quingentorum, dehinc Heniochorum mille, dehinc magnum Pityuntem trecentorum ferè ſexaginta uſque Dioſcuriadem. Qui Mithridatica conſcripſere (nam ijs maxime accedendum eſt) prius Achæos ponunt, deinde Zygos, deinde Heniochos, deinde Cercetas & Moſchos & Colchos, & Phthirophagos, qui ultra hos ſunt, & Thoanas, & alias circa Caucaſum paruas gentes. Ab initio igitur ora ad orientem tendit, & ad auſtrum ſpectat. Ab ipſis uero Batis paulatim detorquens reſpicit occidentẽ, & ad Pityuntem & Dioſcuriadem deſinit. Nam hæc Colchidis loca dictæ oræ iuncta ſunt. Poſt Dioſcuriadem eſt reliqua Colchorum ora, cui Trapezus continua flexum quendam admirabilem efficit, deinde in rectum latus extenditur, quod Ponti dexteriora efficit ad ſeptentrionem ſpectantia. Vniuerſa uero Achæorum & cæterorum ora, uſq; Dioſcuriadem & loca mediterranea auſtrum uerſus in rectum exeuntia Caucaſo ſubiacent, qui mons utriq; pelago imminet & Pontico & Caſpio, muniens Iſthmum qui ea dirimit. Is auſtrum uerſus Albaniam Iberiamq; diſterminat, ſeptentrionem uerſus Sarmaticos campos, arboribus & omnigena ſylua plenus, ea præcipue quę fabricandis nauibus eſt idonea. Eratoſthenes ait Caucaſum ab indigenis Caſpium uocitari, à Caſpijs fortaſſe cognominatum. Ab eo quaſi cubiti quidam ad meridiem procurrunt, qui Iberiam complectentes, Moſchicis & Armenijs montibus coniunguntur. Item monti Scœdiſæ & Paryadræ. Hi omnes Tauri partes ſunt, qui auſtrale Armeniæ latus efficit & ab eo quodammodo abrupti Septentrionem uerſus uſque ad Caucaſum & maritimam Euxini oram percurrunt, quæ à Colchide in Themiſcyram tendit. Dioſcurias itaque in hoc ſinu poſita & orientaliſsimum totius

pelagi ſinum obtinens, Euxini receſſus, & extrema nauigatio appellatur. Vnde illud quod in prouerbio dicitur,

In Phaſim ubi curſus carinis ultimis.

Sic intelligendum eſt, non quod poeta qui iambicum fecit, de flumine dicat, nec de urbe eiuſdem nominis, quæ ad flumen ſita eſt, ſed de Colchide, ut de parte, quod recta nauigatio à flumine, & ab urbe in receſſum ſit ſexcentorum ferè ſtad. Eadem Dioſcurias Iſthmi initium eſt, qui inter mare Caſpium iacet, atque pontum & commune forum earum gentium quæ proxime ſunt ulteriores. Dicunt itaque nonnulli, qui parum res animaduertunt ſeptuaginta, nonnulli trecentæ gentes in eam cõuenire, atq; omnes diuerſarum linguarum, propterea quod ſparſim & impermixte ob aſperitatem atque intractabilitatem habitent, quorum pleraque pars Sarmatæ ſunt, atque omnes Caucaſii, ac de Dioſcuriade quidem hactenus. Reliqua uero quæ Colchis eſt, magna ex parte ad mare pertendit. Hanc Phaſis illabitur ingens flumen, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in ſe recipit, atq; Hippum è uicinis montibus cadentes. Nauigatur autem uſq; Sarapanos, quæ munitio urbis habitatores recipere poſſet. Ex ea pedeſtri itinere, curribus uecti, quatriduo in Cyrum proficiſcuntur. Ad Phaſim urbs iacet eiuſdem nominis, Colchorum emporium, quod ex alia parte amni procingitur, ex alia lacu, ex alia mari. Hinc biduo triduóue Amiſum Sinopenq; nauigatur. Hæc litora & fluminis oſtia amœniſſima ſunt, regio fructibus & omnibus quę ad fabricandas naues pertinent, opportuna. nam multa producit ac fluminibus defert. Mel tamen frequentius amarum eſt, ſed præcipue linum, canabem, ceram ac picem gignit. Linificium quidem uulgatum eſt. nam & in peregrina exportatur loca. Vnde quidam cognationem Colchorum cum Ægyptijs oſtendere uolentes, fidem ex ijs captant. Secus hæc flumina in Colchica regione eſt Leucotheæ fanum, quod Phryxus condidit atque illius oraculum, ubi aries non mactatur, id olim dicebatur, ætate autem noſtra à Pharnace, paulopoſt à Mithridate Pergameno direptum eſt. Nam læſa regione etiam diuina ægre habent, nec coli poſſunt, ut Euripides inquit.

ἐπίχυσα, τὸ σύμπαντ' ἐπελάγους, μυχὸς τι τοῦ ξυξείνου λέγεται, καὶ ἔσχατος πλοῦς. τὸ γὰρ παροιμιακῶς λεχθὲν, οὕτω δεῖ λέξαθαι.

εἰς φάσιν ὅθι ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

Οὐχ ὡς τὸν ποταμὸν λέγοντος τοῦ ποιήσαντος τὸ ἰαμβικόν. ὁ δὲ λόγος τῷ ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν ἐφαρμόττει ὄντι τοῦ ποταμοῦ, ἀλλ' ὡς τῆς κολχίδος ἀπὸ μέρους. ἐπεὶ ἀπὸ γε τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῆς πόλεως ἐκ ἐλαττόνων ἢ ἑξακοσίων σταδίων, λείπεται πλοῦς ἐπ' ὀνθέας εἰς τὸν μυχόν. ἡ δ' αὐτὴ διοσκουριάς ἐστι, καὶ ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ μεταξὺ τῆς καστικῆς καὶ τοῦ πόντου, καὶ ἐμπόριον τῶν ὑποκειμένων, καὶ συνεγγυς ἐθνῶν κοινόν. συνέρχεσθαι γοῦν εἰς αὐτὸ ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ, καὶ τριακόσια ἔθνη φασίν, οἷς ὁδὲν τῶν ὄντων μέλει πάντα δὲ ἑτερόγλωττα, διὰ τὸ ἀσυναθρόιστον καὶ ἀμίκτως οἰκεῖν, καὶ ὑπὸ αὐθαδίας, καὶ ἀγριότητος. ζαρμάται δ' εἰσὶν οἱ πλείους πάντων ἢ καὶ ἁπανταχοῦ. τοῦτο μὲν δὴ τὸ πρὸς τὴν διοσκουριάδα. καὶ ἡ λοιπὴ δὲ πρὸς χεῖρα τῇ θαλάττῃ. ἡ πλείων ὀδός. διαῤῥεῖ δ' αὐτὸ ὁ φάσις μέγας ποταμὸς, ὃς ἀρμενίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, δεχόμενος τὸν γλαῦκον, καὶ τὸν ἵππον ἐκ τῶν πλησίον ὀρῶν ἐκπίπτοντας. ἀναπλεῖται δὲ μέχρι σαραπανῶν, ἱερύματος δυναμένου δέξασθαι. καὶ πόλεως συνοικισμόν, ὅθεν πεζεύουσιν ὑπὲρ τὸν λύκον ἡμέραις τέσσαρσι δι' ἁμαξιτοῦ. ἐπίκειται δὲ τοῦ φασιδὶ ὁμώνυμος πόλις, ἐμπόριον τῶν κόλχων, τῇ μὲν, περιβεβλημένη τὸν ποταμὸν, τῇ δὲ, λίμνῃ, τῇ δὲ θαλάττῃ. ἐντεῦθεν δὲ πλοῦς ἐπ' ἀμισὸν, καὶ συνάπτης τριῶν ἡμερῶν ἢ δύο, διὰ τὸ τοὺς αἰγιαλοὺς μαλακωδεῖς εἶναι, καὶ τὰς τῶν ποταμῶν ἐκβολάς. ἀγαθὴ δ' ὅλη ἡ χώρα, καὶ παρέπλω τοῦ μέλητος. πλείων γὰρ τὸ πλέον καὶ τοῖς πρὸς ναυπηγίαν ἅπασι. πλεῖστα γὰρ καὶ φύει, καὶ ποταμοὺς καταπομπεύει λινόν τε πολὺ, καὶ καλάβιν, καὶ κηρὸν καὶ πίσσαν. ἡ δὲ λινουργία καὶ τετύλωται καὶ γὰρ εἰς ἄλλους τόπους ἐπιπέμπουσι καὶ ἰδίᾳ βαλόμενοι συγγενεσθαί τινα τοῖς κόλχοις πρὸς τὴν αἰγυπτίαν ἐμφανίζειν, ἀπὸ τούτων πιστοῦνται. ὑπέρκειται δὲ τῶν λιχθέντων ποταμῶν ἐν τῇ μεσογείᾳ τὸ μὲν λευκοθέας ἱερόν, φρίξου μνῆμα, καὶ μαντεῖον ἐκείνου ὃ πυθοῖτο οὐ θύεται, πλησίον ὄντα ὑπάλξεων, συλληθὲν δὲ ὑπὸ φαρνάκου καθ' ἡμᾶς, καὶ μικρὸν ὕστερον ὑπὸ μιθριδάτου τοῦ περγαμηνοῦ. κακωθείσης γὰρ χώρας νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐ δὲ τιμᾶσθαι θέλει, φησὶν ὀυριπίδης

τὸ μὲ

ὅσον μὲν γὰρ παλαιὸν ὅσῳ ὠφάνισαν ἔχουσα ἡ χώρα αὕτη, δηλοῦσιν οἱ μῦθοι, τὴν ἱστορουμένην στρατείαν αἰνιττόμενοι, προελθόντος μέχρι καὶ Μήδων. ὕστερον δὲ πρότερον τὴν φρίξου. μετὰ δὲ τοῦτο τοὺς διαδεξαμένους βασιλεῖς εἰς σκηπτοῦχίας διῃρημένων ἐχόντων τὴν χώραν μέσως πως ἐπράττον. αὐξηθέντος δὲ ὑπερμέτρως τοῦ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος, εἰς ἐκεῖνον ἡ χώρα πᾶσα ἐπείκησεν. ἐπίμπτο δὲ ἀεί τις τῶν φίλων ὑπάρχος καὶ διοικητὴς τῆς χώρας. τότων δὲ εἷς Μοαφέρνης, ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεᾶς πάππος. ἐξ οὗ δ' ἐγένετο ἡ πλείστη τοῦ Βασιλεῖ πρὸς τὰς ναυτικὰς διαπορείας ὑπουργία. καταλυθέντος δὲ Μιθριδάτου συγκατελύθη, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πᾶσα, καὶ διῃρέθη πολλοῖς. ὕστατα δὲ πολέμων ἔσχε τὴν κολχίδα, ἀπεκτονότος τελευτήσαντος, ἣ γυνὴ Πυθοδωρὶς Ἱερατεῖ Βασιλεύουσα, καὶ Κόλχων, καὶ Τραπεζοῦντος, καὶ Φερνακίας, καὶ τῶν ὑπορειμένων Βαρβάρων, πρὸς οὓς ἐροῦμεν ἐν τοῖς ἑξῆς. ἡ δ' ἐν Μοσχικῇ ἐν ᾗ ὁ Ἰβηρός, τριμερὴς ὅτι, τὸ μὲν γὰρ ἔχουσιν αὐτῆς Κόλχοι, τὸ δὲ Ἴβηρες, τὸ δὲ Ἀρμένιοι. ἔστι δὲ καὶ πολίχνιον μεταξὺ Ἰβηρίας φρίξου πόλις, ἡ νῦν ἰδίᾳ οὖσα, ὑφ' ἣν χωρίον, ἐν μεθορίοις τῆς κολχίδος πρὸς τὴν διοσκουριάδα, ῥιοχάρης ποταμός. τῶν δὲ σωφρονούντων ἐθνῶν εἰς τὴν διοσκουριάδα, καὶ οἱ φθειροφάγοι εἰσίν, ἀπὸ τοῦ ἴτυος, καὶ τοῦ πίνου λαβόντες τοὔνομα. πλησίον δὲ καὶ οἱ σοάνες, ὧν οἱ μὲν βελτίους τὸν ὦμον πίνουσι, διαφέρει δὲ βελτίους. χειλὸν λίθου, καὶ ἱρατικοὺς κατὰ ἀλκὴν καὶ δύναμιν. διαφθείρουσι γοῦν πρὸς κύκλῳ τὰ ἄκρα τοῦ ἰαυκάσου κατέχοντες τὰ ἰσθμία τῆς διοσκουριάδος, βασιλέα δ' ἔχουσι, καὶ πανδήμου ἀνδρῶν τριακοσίων. σωφρονοῦσι δ', ὡς φασι, στρατείαν, καὶ ἔτος σιτοδίαν. ἐπὰν γάρ ὅτι τὸ πλῆθος μαχιμον, ὁ σωφρονισταγμένον. παρὰ φύσιν δὲ λέγεται, καὶ χρυσὸν καταφέρειν αὖ χειμάρρους. ἐσθίειν δ' αὐτὸν αὖς βαρβάρους, φάτναις καὶ πατητριμμένοις, καὶ μαλωτοῖς δοραῖς, ἐφ' οὗ δὴ μεμηθεῦσθαι, καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. εἰ μὴ καὶ ἴβηρας ὁμωνύμως τοῖς ἰαυκασίοις καλοῦσιν ἀπὸ τῶν ἑκατέρωθι χρυσείων. χῶνται δ' οἱ σοάνες φαρμάκοις πρὸς τὰς ἀκίδας θαυμασίως, καὶ οὓς ἀφαρμάκτους πεπρωμένους βέλεσι λυπεῖ κατὰ τὸν ὀσμόν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἔθνη τὰ πλησίον τὰ πρὸς τὸν ἰαύκασον, λυπρὰ καὶ μικρόχωρα. τὸ δὲ τῶν ἀλβανῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν ἰβήρων, ἃ δὴ πλήρη μάλιστα τὸν λεχθέντα ἰσθμόν, ἰαυκάσια, καὶ αὐτὰ λεγεται' αὖ. εὐδαίμονα δὲ χώραν ἔχει καὶ εὐφόρα πολλὰ,

Quantam olim hæc regio claritatem habuerit fabulæ declarant, Iasonis exercitum innuentes, qui ad Medos usque processit, ac prius etiam Phryxi expeditionem. Postea cum reges succederent & regionem haberent in prouincias diuisam, mediocriter agebant. Cum uero Mithridatis Eupatoris potentia uehementer esset adaucta, tota ei regio paruit, à quo semper aliquis ex amicis regionis præfectus & administrator mittebatur, è quibus fuit Moaphernes matris nostræ patruus. Hinc multa regi ad nauales res copia. Sed sublato Mithridate regio omnis quæ sub eo erat, euersa est, multisq; distributa. Postremo Polemo Colchidem habuit, quo mortuo uxor eius Pythodoris Colchorum, & Trapezuntis, & Pharnaciæ, & ulteriorum barbarorum regnum tenet. Sed de his postmodum dicemus. Moschica in qua phanum esse diximus, tripartita est. Nam partem habent Colchi, partem Iberes, partem Armenij. Polichnium Phryxi ciuitas est in Iberia, ea nũc Idessa dicitur, locus optime munitus. In Colchidis autem finibus non procul à Dioscuriade Rhiocharus flumen labitur. Ex gentibus quæ Dioscuriadem conueniunt, est Phthirophagorum natio, cui nomen à sordibus, ac fame datum est, his proximi sunt Soanes nihilo fame meliores, robore autem meliores. nam ui ac potentia penè præstãt. Hi gentibus circumuicinis dominantur, Caucasi extrema obtinentes. Quæ Dioscuriadi imminent regem habent & collegium uirorum CCC. CC. hominum millia coguntur in exercitum. Nam multitudo omnis bellicosa est, quanquàm inordinata. Apud eos torrentes dicuntur aurum deferre, quod Barbari perforatis tabulis, ac lanosis pellibus excipiunt. Vnde aurati uelleris fabula conficta est. Et fortasse Iberes eodem nomine uocantur quo occidentales, ab auro quod apud utroscp inuenitur. Soanes ueneno ad spicula mirifice utuntur, quod eos etiam, qui non uenenatis sagittis saucij sunt, odore offendit. Aliæ gentes proximæ, quæ circa Caucasum sunt, paruam & tenuem regionem habitant. Albanæ uero & Ibericę gentes, quæ dictum Isthmum implent, ipsæ etiam dicuntur Caucasiæ, & fœlicem etiam habitatu

regionem incolunt. Iberia enim magna ex parte urbibus & habitatoribus plena est, & tecta fictilia & fabrefactas ædificiorum structuras, & fora & alia publica habet. Circunstans uero regio à Caucasiis montibus circundatur. nam cubiti quidam fertiles (ut dictum est) ad meridiem procurrunt, qui uniuersam Iberiam comprehendentes sese ad Harmeniam & Colchidem coniungunt. In medio planities est fluminibus irrigua, præsertim Cyro qui ortum ex Harmenia trahens, mox dictam planitiem intrat, atq; Arabonem amnem à Caucaso defluentem, & alias aquas recipiens per angustam fluminis regionem euadit in Albaniam, inter quam & Harmeniam multus illatus, per uberes campos complura in se recipit flumina, è quibus est Alazonius & Sandobanes & Rhœthaces & Chanes, qui omnes nauigabiles facti in mare Caspium erumpunt. Hoc nomen olim Corus uocabatur. Iberiæ campos agricolæ habitant, & homines ad pacem intenti, Harmenico ac Medico cultu, mõtanam uero regionem pars eorum maxima atq; belli cosa, Scytharũ more uiuentes, quorum cognati sunt & contermini. Se tamen colendis agris dedunt, & cum tumultus ingruerit multa ex se atq; illis hominum millia contrahunt. Quatuor aditibus in eam regionem itur, uno per medios Sarapanos Colchorum castellum, atque eius angustias per quas Phasis centum ac uiginti pontibus pertransitur, qui propter flexiones asper ac uiolentus in Colchidem defertur, conuallium torrentibus multo imbri adauctis. Is ex imminentibus montibus auctus, multis fontib⁹ impletur, ac postquàm in campos uenit, alia in se recipit flumina, è quibus est Glaucus & Hippus. Auctus uero ac nauigabilis factus, exit in Pontum. Secus eum urbs iacet eiusdem nominis & lacus non procul. Aditus itaque ex Colchide in Iberiam est huiusmodi petris, munitionibus, fluminibus, & cõuallibus clausus. Ex Nomadibus autem septentrionem uersus difficilis ingressus est, trium dierum itinere. Dehinc angusta fluminis regio in Arago flumine dierũ quatuor, uiq; finem murus inexpugnabilis munit. Ex Albania primo ingressus est per petram excisam,

οἰκῆσαι διαμιᾶς, καὶ διὰ καὶ ἡ γε ἰβηρία οἰκεῖται καλῶς τὸ πλέον πόλεσί τε καὶ ἐποικίοις, ὥς τι καὶ λιθραμώτας ἔχει τείχας, καὶ ἀρχιτεκτονικῶ τῶν οἰκήσεων κατασκευῶ, καὶ ἀγοραῖς, καὶ τἄλλα κοινά. ἡ δὲ χώρας τὰ μὲν κύκλῳ τοῖς καυκασίοις ὄρεσι περιέχεται πεπτεπῶκασι γὰρ ὡς εἰπεῖν ἀγκῶνες ὧδι τῶ μεσημβρίαν δύκαρπι, περιλαμβάνοντες τ' σύμπασαν ἰβηρίαν, & τ' σωαπτοντες πρός τε τῶ ἀρμενίαν, καὶ κολχίδα. ἐν μέσῳ δὲ πεδίον ποταμοῖς διαῤῥυτον, μεγίστῳ δὲ τῷ κύρῳ, ὃς τῶ ἀρχὴν ἔχων ἀπὸ τῆς ἀρμενίας, εἰς βαλὼν εὐθὺς εἰς τὸ πεδίον τὸ λιχθὲν, παραλαβὼν καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα κάτω τῶ καυκάσου ῥέοντα. καὶ ἄλλα ὕδατα. διὰ σφῶν ποταμίας εἰς τῶ ἀλβανίαν ἐκπίπτει, μεταξὺ δὲ ταύτης τε καὶ τῆ ἀρμενίας, ἐνεχθεὶς πολὺς διὰ πεδίων ὁ βοτυομανὸς σφόδρα, διεξαμνιῶν, καὶ πλείους ποταμοὺς, ὧν ὄξιν ὁ, τε ἀλαζώνιος, καὶ ὁ σανδοβαύης, καὶ ὁ ῥοιτάκης, καὶ χάνης πλησίον πάντων, εἰς τῶ καισίαν ἐμβάλλουσι θάλατταν. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον κύρος. τὸ μὲν οὖν πεδίον τῶ ἰβήρων οἱ γεωργικώτατοι πρὸς ἀρμονίαν ἐν εὐκολίᾳ οἰκοῦσιν, ἀρμενιστὶ καὶ μισθίσι ἐσκευασμένοι. τῶν δ' ὀρεινῶν πλείους, & μαχιμοι κατέχουσι σκυθῶν δίκην ζῶντες, καὶ σαρμάτων, ὧν πρ καὶ ὅμορα καὶ συγγενεῖς εἰσίν, ἀπονται δ' ὅμως, καὶ γεωργίας, πολλῶ τε μᾶλλον σωάγουσιν δὲ ἑαυτῶν, καὶ δὲ ἐκείνων, ἐπεισβάλλοντες συμπίπτουσι θορυβῶδες. τέσσαρες δ' εἰσὶν αἱ τῶν χώραν εἰσβολαί, μία μὲν διὰ στενοπαγῶν φρουρίου κολχικοῦ, καὶ τῶν κατ' αὐτὸ σφῶν, διὰ ὧν δ' ὁ φάσις γεφύρας ἑκατὸν καὶ εἴκοσι πόρους ῥεόμενος, διὰ τῶν σκολιότητα καταῤῥᾶ τραχὺς, καὶ βίαιος εἰς κολχίδα, πολλοῖς χειμάῤῥοις ἡ τὰς ἐπομβρείας ἐκχαραδρουμένων τῶν τόπων. ῥυνᾶται δ' ἐκ τῶν ὑποδεικνυμένων ὀρῶν πολλαῖς συμπληρόμενος πηγαῖς. φέρει δὲ τοῖς πεδίοις καὶ ἄλλους προσλαμβάνει ποταμούς, ὧν ἐστιν, ὅ, τε γλαῦκος, καὶ ὁ ἵππος. πληρωθεὶς δὲ, καὶ ῥεόμενος πλωτὸς ἵζησιν εἰς ἅρματος. καὶ ἔχει πόλιν ὁμώνυμον ἐπ' αὐτῆ, καὶ λίμνην πλησίον. ἡ μὲν οὖν ἐκ τῆς κολχίδος εἰς τῶ ἰβηρίαν εἰσβολὴ τοιαύτη, πέτραι καὶ ἐρύμασι, καὶ ποταμοῖς χαραδρώδεσι διακεκλεισμένη. ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἄρκτον νομάδων τῶν τρεῖς ἡμέρας, ἀνάβασις χαλεπὴ

ἡ μετὰ ταύτην ποταμίας σφὴ ὧν τ' ἀράγου ποταμοῦ πεδίων ἡμέρῶν ὁδὸν ἔχουσα ἐφ' ἕνα. φέρει δὲ ἡ πέτρας τ' ὁδὸν τεῖχος λύσμαχον. ἐκ δὲ τῆς ἀλβανίας διὰ πέτρας, πρῶτον λατομητὴ εἶσοδος

ἐστ

τα δ᾽ ἀπὸ τέλματος, ὃ ποιεῖ ὁ ποταμὸς ἐκ δ᾽ λαυκάσου κατακλύσαν. ἀπὸ δὲ τῆς ἀρμενίας τὰ μὲν πρὸς λύρῳ σχιζά, καὶ τὰ μὲν πρὸς ἀράξῳ. καὶ γὰρ πρὸ εἰς ἀλλήλους συμπεσεῖν ἔχουσιν αἱ μεταξὺ κωμῶν πόλεις ἐρυμνὰς μὲν πέτρας, διεχούσας ἀλλήλων ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους. μὲν πρὸς λύρῳ, τὴν ἐμοζικὴν, μὲν δὲ θατέρῳ σύμπαρα. ταύτας δὲ ἐχρήσατο ταῖς εἰσβολαῖς πρότερον πομπήιος, ἐκ τῆς ἀρμενίας ὁρμηθείς. καὶ μετὰ ταῦτα κανίδιος. τέτταρα, καὶ δέκα γένη τῶν ἀνθρώπων οἰκεῖ τὴν χώραν, ὧν ἓν μὲν πρῶτον, ἀφ᾽ οὗ καὶ βασιλέας καθιστᾶσι, κατ᾽ ἀγχιστείαν τε, καὶ ἡλικίαν τὸν πρεσβύτατον. ὁ δὲ δεύτερος δικαιοδοτεῖ, καὶ στρατηλατεῖ. δεύτερον δὲ τὸ τῶν ἱερέων, ὃ καὶ μεμισθωται, καὶ τῷ πρὸς θεοὺς ὁμόρους δικαίων. τρίτον δὲ τὸ τῶν στρατευομένων καὶ γεωργούντων. τὸ τέταρτον δὲ τὸ τῶν λαῶν, οἱ βασιλικοὶ δοῦλοί εἰσι, καὶ πάντα διακονοῦνται τὰ πρὸς τὸν βίον. κοιναὶ δ᾽ εἰσὶν αὐτῶν αἱ κτήσεις κατὰ συγγένειαν. ἄρχει δὲ καὶ τούτου ἑκάστων ὁ πρεσβύτατος. φιοῦσι δὲ οἱ Ἴβηρες, καὶ ἡ χώρα αὐτῶν. ἀλβανοὶ δὲ ποιμενικώτεροι, καὶ τὸ νομαδικὸν γένους γυμνότερον, πλὴν οὐ ἀλλότριοι. παύτη δὲ καὶ πολεμικοὶ μετρίως. οἰκοῦσι δὲ μεταξὺ τῶν βύρων, καὶ τῆς κασπίας θαλάττης, πρὸς ἕω μὲν ἀπόκλινοι τῆς θαλάττης, πρὸς δύσιν δὲ ὁμοροῦντες τοῖς Ἴβηρσι. τῷ δὲ λοιπῶν πλευρῶν τὸ μὲν βόρειον, φρουρεῖται τοῖς καυκασίοις ὄρεσι. ταῦτα γὰρ ὑπέρκειται τῷ πεδίῳ. καλεῖται δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ μάλιστα λοράνια. τὸ δὲ νότιον ποιεῖ ἡ ἀρμενία παρήκουσα. πολλὴ μὲν πεδίας, πολλὴ δὲ καὶ ὀρεινὴ καθάπερ οἱ καμβύσηνοί, καθ᾽ ἣν ἅμα, καὶ τοῖς Ἴβηρσι καὶ τοῖς ἀλβανοῖς οἱ ἀρμένιοι συνάπτουσιν. ὁ δὲ λύρος ὁ διαῤῥέων τὴν ἀλβανίαν, καὶ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ οἱ πληροῦντες ἐκεῖνον, ταῖς μὲν τῆς γῆς ἀρεταῖς πρόσχαμβάνουσι, τὴν δὲ θάλατταν ἀλλοτριοῦσιν. ἡ γὰρ χοῦς, πρόσχωσιν ποιοῦσα πολλὴν, πληροῖ τὸν πόρον, ὥς τε τὰς τῶν ἐκβολῶν νησίδας ἠπειρῶδες, καὶ τινὰς ποιεῖν λιμνάλας, καὶ δυσφύλακτα. τὴν δ᾽ ἀνωμαλίαν τῶν τένδων αἱ ἐκ τῶν πλημμυρίδων ἀναβάσεις, καὶ δὴ καὶ εἰς σώματα δώδεκα φασὶ μεμερίσθαι τὰς ἐκβολάς, τὰ μὲν τυφλὰ, τὰ δὲ, πάντελῶς ὠγυγιλῶντα, καὶ μηδὲν ὕφορμον ἀπολείποντα. ἐπὶ πλείστους γοῦν, ἢ ἑξήκοντα σταδίους ἀμφικλύσει τῆς ἠιόνος ἡ σὺν τῇ θαλάττῃ, καὶ τοῖς ποταμοῖς, ἅπαν ἓν μέρος ὑπὸ τῆς ἀποβολάσιν. τὴν δὲ χοῦν καὶ μέχρι πολλοῦ παρήκειν σταδίων, θινώδη πονοῦσαν τὸν αἰγιαλόν. πλησίον δὲ καὶ ὁ ἀράξης ἐμβάλλει,

dehinc per ſtagnum quod amnis efficit, cadẽs ex Caucaſo. Ex Harmenia uero anguſtiæ, quę ſecus Cyrum ſunt atq; Aragũ, qui priuſquàm inuicem concurrant urbes natura munitas habent, quæ ſaxis impoſitæ ſedecim inter ſe ſtadijs abſunt, prope Cyrum Armozicam, prope Aragum Seumara, quibus ingreſsibus prius Pompeius uſus eſt ex Harmenia mouẽs poſtea uero Canidius. Quatuor hominum genera regionem hanc incolũt, primum, ex quo reges duo deliguntur, alter ſcilicet qui propinquitate & ætate antecedit, alter qui iura det & exercitum ducat. Secundum eſt ſacerdotum, qui iura finitimorum curãt. Tertium militum & agricolarum. Quartum uulgi quod regibus ſeruit, & omnia quæ ad uitam pertinent, miniſtrat. Hi omnia per familias communia habent, ſed is imperat & rem tenet qui ſenior eſt. Iberes & eorum regio talis eſt. Albani paſtoraliores ſunt & Nomadico generi proximi, præter quàm quod non alienigenæ, unde & mediocriter ſunt bellicoſi. Hi inter Iberas & Caſpium mare habitant, ab ortu ſolis mari cõiuncti, ab occaſu Iberiæ finitimi, ex reliquis lateribus boreale Caucaſiis montibus munitur, qui campis imminentes & mari plurimum coniuncti, Ceraunia uocantur. Auſtrale latus Harmenia progrediens efficit, quæ partim campeſtris eſt, partim montana, quemadmodum Cambyſena ad quam Harmenij ſimul & Iberiæ & Albaniæ coniunguntur. Cyrus autem qui per Albaniã fluit & alia flumina eum augentia, terram fœcundiorem exhibent. mare autem confundunt, nam limus plurimis occurrens exitum obſtruit, ex quo adiacẽtes inficile eſt. Hanc inæqualitatem affluxuum refractiones exaugent, atqui & oſtia in ora duodecim dicuntur diſpartiri, quorum alia cæca, alia omnino fallentia, ſtationem nullam relinquunt. Quapropter quum ultra ſexaginta ſtadia littus mari fluminibúsque adluatur, locus omni ex parte inacceſsibilis fit. Limus ad quingenta ſtadia progrediens totum littus efficit aggeroſum. Prope Araxes emittit, aſper

asper ex Harmenia cadẽs, & quem ille limum propellit alueum peruium faciendo, eum Cyrus repellit. Hoc hominum genus fortasse mari non eget, cum nec terra digne utãtur. Nam qui ibi militarunt, dicunt eos Cyclopicam uitam degere. Terra enim fructum omnem etiam domesticum affert, & stirpes omnes & ea quæ semper uirent, & cum ne minimam quidem culturam habeat, tamen bona omnia sine satione & inarata gignit, multisq; in locis semel sata, bis terq; fructum affert. Ac primo quidem modios quinquagenos, idq; minime renouata nec ferro proscissa sed ligneo aratro. Babylonius uero & Ægyptius campus fluminibus atq; aliis aquis totus irrigatur, quamobrem semper herbidam faciem seruat, idcirco uberrimus est. Adest illi præcipua aeris temperies, uineæ manent ineffossæ, quinquennijs putantur, in bimatu nouellæ fructum ferunt, adultę tantum reddunt, ut pars maxima in palmitibus relinquatur. Pecora tum mitia tum agrestia fœtus edunt pulcherrimos, homines sunt magnitudine ac pulchritudine excellentes, simplices, non autem cauponarij, nummi usum maxima ex parte non habent, numerum ultra centenarium non norunt, commercia inter se mercibus faciunt, in cæteris quæ ad uitam pertinent inertes, exquisitorum pondera rum ac mensurarum ignari, ciuilitatis, belli & agriculturæ prorsus imperiti, pedestri & equestri apparatu decertant, expediti & armati ut Harmenij. Exercitum emittunt maiorẽ quàm Iberes. nam uirorum ad sexaginta millia, equitum ad uiginti duo millia armant, quot contra Pompeium periclitati sunt. Hos Nomades ab externis defendunt, quemadmodum Iberes, ijsdem de causis, aliter uero sæpe eos adoriuntur, & quo minus agriculturam exerceant, impediunt, iaculatores sunt & sagittarij, clypeos & thoracas habent, itẽ ferinas galeas, quemadmodũ Iberes ex Albana regione. Est etiam Caspiana eiusdem nominis cum gente Caspia, quæ nunc quidem obscura est, ad eam Caspium mare pertinet. Ingressus ex Iberia in Albaniam fit per Cambysenam regionem asperã atq; siccam, ad flumẽ Alazonium. Ipsi & eorum canes excellẽtes uenatores sunt

τραχὺς ἐκ τῆς ἀρμενίας ἐκ πίπαρων. ἡμᾶς δὲ ἐκεῖνος πλωθεῖ χοῦν, πρόσυλον ποιῶν τὸ ῥεῖθρον, ταύτῃ ὁ λύρος ἀναπληροῖ, τάχα μὲν οὖν ὀλίγου τοιούτῳ γένει τῶν ἀνθρώπων, ὀδὲν δεῖται θαλάττης. ὀδὲ γὰρ τῇ γῇ χρῶνται καταξίαν. πάντα μὲν γὰρ ἐκφέρουσι καρπὸν, καὶ ἡμερώτατον, πᾶν δὲ φυτόν. καὶ γὰρ τὰ ἀειθαλῆ φέρει. τυγχάνει δ' ὢν μελέας οὐδὲ μικρᾶς, ἀλλὰ τἀγαθὰ ἄσαρτα καὶ ἀνήροτα ἄπαντα φύει, καθάπερ οἱ στρατηγήσαντες φασί, λυκιλλόπεδόν τινα διηγούμενοι βίον. πολλαχοῦ γοῦν ἀπαρθεῖσαν, ἅπαξ δὲ ἐνεχθεῖσαν καρπὸν, ἢ καὶ τρὶς. τὸν δὲ πρῶτον, καὶ πεντηκοντάχουν ἀνέκαθεν. καὶ ταῦτα οὐ δὲ σιδήρῳ τμηθεῖσαν, ἀλλ' αὐτοξύλῳ ἀρότρῳ. πυρίζεται δὲ ἄρα τὸ πεδίον τὸ βαβυλωνίου, καὶ τὸ αἰγυπτίου μᾶλλον τοῖς ποταμοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ὕδασιν, ὥς ἀεὶ ποώδη φυλάττειν τὴν ὄψιν. δηλᾷ δὲ οὖρα καὶ βοτῶν ὄχλος. πρόσεσι δὲ καὶ τὸ ὑδάτερον ἐκεῖνο μᾶλλον, ἄσηπτοι δὲ ἄμπελοι μένουσι δηλαδὴ τελέως τιμώμεναι δηλ. ὡς γε ταῖς ἡμετέραις δηλ., νέαι μὲν διετεῖς ἐκφέρουσιν ἤδη καρπὸν, τελεαι δὲ ἀπὸ δεδύασι τοσοῦτον, ὡς τε ἀθλιάσιν ἐν τοῖς κλίμασι πολὺ μέρος. εὐόρνη δ' ὄρνις καὶ τὰ βοσκήματα παρ' αὐτοῖς, τά τε ἥμερα, καὶ τὰ ἄγρια, καὶ οἱ ἄνθρωποι κάλλει, καὶ μεγέθει διαφέροντες, ἁπλοῖ δὲ καὶ ὁ καπηλικὸς ὁ δὲ γὰρ νομίσματι τὰ πολλὰ χρῶνται, οὐ δ' ἀριθμῷ ἴσασι μέχρι τῶν ἑκατόν, ἀλλὰ φορτίοις τὰς ἀμοιβὰς ποιοῦνται, καὶ πρὸς τὰλλα δὲ τὰ τοῦ βίου ῥαθύμως ἔχουσιν. ἄπειροι δ' εἰσὶ καὶ μέτρων τῶν ἐπ' ἀκριβείᾳ, καὶ σταθμῶν, καὶ πολέμου δὲ καὶ πολιτείας καὶ γεωργίας ἀπονόητος ἔχουσιν. ὅμως δὲ καὶ ὠζοί, καὶ ἀφ' ἵππων ἀγωνίζονται. ψίλοί τε καὶ κατάφρακτοι καθάπερ ἀρμένιοι. στέλλουσι δὲ μέχρι βήρων στρατιᾶς. ὁπλίζουσι γὰρ καὶ ἐξ μυριάδας ἀνδρῶν, ἱππέας δὲ διμυρίους, καὶ διχιλίους, οἷς πρὸς πομπήιον ἐκινδύνευσαν, καὶ τούτοις δὲ συμπολεμοῦσιν οἱ νομάδες δοκοῦσιν ἐξωθεν, ὡς πρὸ τοῦ βήρσι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. ἄλλως δὲ ὠχαιροῦσι τοῖς ἀνθρώποις πολλαχοῦ, ὡς τε καὶ γεωργεῖν κωλύουσιν. ἀκοντίσαι δὲ εἰσὶ καὶ τοξόται, θωρακας ἔχοντες καὶ θυρεούς. πρόκεινται δὲ θῆρια παραπλησίως τοῖς ἐν βήρσιν. ἔστι δὲ τῆς ἀλβανῶν χώρας, ἣ καστιανὴ τὸ καυκάσιον ἔθνους ὁμώνυμον, οὗπερ καὶ ἡ θάλαττα, ἀφανοῦς ὄντος νυνί. ἡ δὲ ἐκτὸς ἰβηρείας εἰς τὴν ἀλβανίαν εἰσβολὴ διὰ τῆς καμβισηνῆς αὐλῶνος τε καὶ τραχείας ὠδὶ τὸν ἀλαζωνίου ποταμόν, θηρευτικοὶ δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ κύνες αὐτῶν εἰς ὑπερβολὴν ἀ τέχν

ὁ τέχνη μᾶλλον, ἢ σπουδῇ τῇ περὶ αὐτόν. διαφέρουσι δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς. νυνὶ μὲν οὖν ἐς ἁπάντων ἄρχει, πρότερον δὲ καὶ καθ' ἑκάστην γλῶτταν ἰδίαν ἐβασίλευόντο ἕκαστοι. γλῶτται δ' εἰσὶν ἓξ, καὶ εἴκοσι αὐτοῖς, διὰ τὸ μὴ εὐεπίμικτον πρὸς ἀλλήλους. φέρει δ' ἡ γῆ, καὶ τῶν ἑρπετῶν γένη τῶν θανασίμων, καὶ σκορπίους, καὶ φαλαγγία. τῶν δὲ φαλαγγίων τὰ μὲν, ποιεῖ γελῶντας ἀποθνήσκειν, τὰ δὲ, κλαίοντας πόθῳ τῶν οἰκείων. θεοὺς δὲ τιμῶσιν, ἥλιον, καὶ Διὰ καὶ σελήνην. διαφορόντως δὲ τὴν σελήνην. ἔστι δ' αὐτῆς τὸ ἱερὸν τῆς Ἰβηρίας πλησίον. ἱεράται δ' αὐτὴν ἐντιμότατον μετὰ γε τὸν βασιλέα, πρώτως τῆς ἱερᾶς χώρας, πολλῆς καὶ εὐανδρου, καὶ αὐτῆς, καὶ τῶν ἱεροδούλων ὧν ἐνθουσιῶσι πολλοί, καὶ προφητεύουσιν. ὃς δ' ἂν αὐτῶν ὑπὸ πλέον κατάσχῃ γιγόμενον πλανᾶται κατὰ τὰς ὕλας μόνον, ὅταν συλλαβὼν ὁ ἱερεὺς, ἀλύσει δήσας ἱερᾷ βρίθει πολυτελῶς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον, ἔπειτα προαχθεὶς ἐς τὴν θυσίαν τῆς θεοῦ, σὺν ἄλλοις ἱερείοις θύεται μυσταθείς. τῆς δὲ θυσίας ὁ τρόπος οὗτος. ἔχων τις ἱερὰν λόγχην ἧπερ ὅπλον νόμος ἀνθρωποθυτεῖν, παρελθὼν ἐκ τοῦ πλήθους, παίει δι' ἧς πλευρᾶς εἰς τὴν καρδίαν. ἐκ ἄπειρος τοιοῦτος. πιστοῦται δὲ σημεῖόν τινα ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐς τὸ κοινὸν ἀναφαίνουσι. κομιδῇ γὰρ τοῦ σώματος ἐς πρανέστερον, ὥς βαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίου χάριν. ὑπερβαλόντος δὲ καὶ τὸ ὕπαρ τιμῶσιν Ἀλβανοί, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν γονέων μόνων. τεθνηκότων δὲ οὐχ ὅσιον φροντίζειν ὁ δὲ μεμνῆσθαι. συγκαρύπτουσι μὲν τοι τὰ χρήματα αὐτῆς. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῦ ζῶσιν οὐδὲν πατρῷον ἔχοντος. ταῦτα μὲν περὶ Ἀλβανῶν. λέγεται δ' Ἰάσονα μετὰ Ἀρμενίου τοῦ Θετταλοῦ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ τὸν Πόντον, ὁρμῆσαι μέχρι τῆς Κασπίας θαλάττης, καὶ τοῦ τε Ἰβηρίων καὶ τοῦ Ἀλβανίων ἐπελθεῖν, καὶ πολλὰ τῆς Ἀρμενίας, ἢ τῆς Μηδίας, ὡς μαρτυρεῖ τά τε Ἰασόνεια, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα. τῶν δὲ Ἀρμενίων εἶναι δὴ Ἀρμενίου πόλεως τῶν πρὸς τοῦ Βοιβηΐδος λίμνου μεταξὺ φερῶν, καὶ λαΐδος, τὸν σὺν αὐτοῖς τε οἰκῆσαι, τοῦ τε ἐπιλησινοῦ, καὶ τοῦ συναπισρατεύσαντος καχάνης, καὶ Ἀσμβανῆς, καὶ Δηΐ, καὶ τοῦ Ἀρμενίαν ἐπώνυμον καταλιπεῖν. ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἀλβανίας ὄρεσι, καὶ τὰς Ἀμαζόνας εἰκῆν φασί. Θεοφάνης μὲν ὁ συστρατεύσας Πομπηίῳ, καὶ γιγόμενον ἐν τοῖς Ἀλβανοῖς,

studio magis quàm arte. Reges enim differunt. nam nunc unus omnium imperat, cum prius quæque lingua suum haberet, eo quod non facile inuicem miscentur, linguas habent uiginti sex. Terra serpentia quædam letifera progignit, item scorpios & araneas. Aranearum quædam cogunt ridendo mori, quædam flendo desyderio suorum, Deos colunt Solem, Iouem ac Lunam, præcipue Lunam, cuius templum Iberiæ proximum est, & sacerdos præficitur honore secundus post regem, qui sacris seruit, & sacræ regioni præest, quæ multa est & hominibus plena, è seruis multi numine afflati diuinant. Qui plurimum numine correptus est, solus per syluas errat, hunc sacerdos comprehensum sacra catena deuincit, per annum sumptuose alens, postea ad deæ sacrificium cum alijs hostijs mactandum producit. Sacrificij ritus est huiusmodi. Quidam huius negotij gnarus sacram hastam tenens, qua mos est hominem mactari, atq; ex multitudine procedens, eam in cor per latus urget, illo cadente, quædam diuinationis signa captant atq; in commune proferunt, tum corpore in locum quendam delato, id omnes supergrediuntur huiusmodi piaculo utentes. Albani præcipue senectutem uenerantur nō parentum modo, sed etiam cæterorum. Mortuorum curam habere, aut meminisse nephas est. Nam cum mortuis pecunias defodiunt. Idcirco pauperes uiuunt, cum patrimonium nullum habeant. Ac de Albanis quidem hæc tradunt, Iasonem cum Harmenio Thessalo cum in Colchos nauigaret, usq; ad mare Caspium profectum, in Iberiam Albaniamq; processisse, & Harmeniæ ac Mediæ multū per agrasse, ut Iasonia & alia complura monumenta testantur. Harmenium uero ex Harmenio fuisse, quæ ciuitas Bœbeidi lacui proxima est inter Pheras & Larissam, atq; eum Acilesinam & Syspiretim habitasse usque in Calachanam & Adiabanam, atq; Harmeniam de suo nomine appellasse. In mōtibus qui supra Albaniam sūt, Amazonas dicūt habitare. Theophanes uerò q̄ cū Pōpeio militauit, quiq; in Albanis fuit, inter

inter Albanos & Amazonas dicit Gelas & Legas Scythas habitare, inter hos & Amazonas Mermandalim flumen labi. Alij uero, è quib. est Metrodorus Scepsius & Hypsicrates locorum non ignari, dicunt eas septẽtrionem uersus Gargarensibus esse finitimas sub radicibus montium Caucasiorum, qui Ceraunia uocantur, & earum alias operari quæ ad arationem insitionemq; pertinẽt, sed præcipuam pascendorum equorum curam habere, robustiores uero in equis uenationes ac bella exercere. Omnes ab infantia dextram mamillam exustas, ut habiliusliberiusq; ad omnem usum brachio uti possint. Sed in primis ad iaculationem uti arcu, securi, & pelta, è ferarum pellibus conficere galeas, sublígacula, & alia operimenta. Menses duos ueris eximios habere, quibus montem proximum cõscendunt, qui eas disiungit à Gargarensibus, quò & illi more quodam peruetusto conscendentes sacrificant, & prolis gratia cum mulieribus coeunt, idq; obscure inter tenebras, in quamcunque inciderint, quas postquam prægnantes fecerint, remittunt illas, si fœminã pepererint secũ retinent, si mares, illos tollendos reddunt. Vnde propter ignorantiã ualde inter se affici contingit, cum quisque quenque sibi affinem existimet. Mermodas è montibus descendens per Amazonum regionem & Syracenam & loca intermedia quæ deserta sunt, emittit in Mæotim. Tradunt Gargarenses cum Amazonibus ex Themiscyra in hæc loca conscendisse, postea ab illis discissos, cum Thracibus & Euboijs quibusdam errabũdis aduersum eos bellum gessisse, quo composito, ijs inter se cõditionibus conuenisse, ut in filiorum prole cõmunicarent, uiuerent autem utriq; separatim. Sed de Amazonum fama proprium quiddam euenit. Nam cum fabula ab historia distinguatur: antiqua enim & falsa & miraculosa, fabulæ appellantur: historia siue antiqua sit, siue noua, ueritatem postulat, miracula uero aut non habet aut perraro: de Amazonibus quidem eadem nunc dicuntur quæ olim, quanquam miraculosa sint, & à fide plurimũ distẽt. Quis enim credat ut uel exercitus uel ciuitas uel gens unquàm ex solis constiterit mulieribus, & non solum constiterit, uerum etiam

μεταξὺ τῶν ἀμαζόνων, καὶ τῶν ἀλβανῶν φησὶ γάλας οἰκεῖν, καὶ λέγας σκύθας, καὶ ῥεῖν ἐνταῦθα τὸν μορμάδαλιν ποταμόν, τοῦτόν τε καὶ τῶν ἀμαζόνων αὐτὰ μέσον. ἄλλοι δέ φασι καὶ ὁ σκήψιος μητρόδωρος, καὶ ὑψικράτης, ὁ δὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες γαργαρεῦσιν ὁμόρους, αὐτὰς φασὶν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται κεραύνια, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον καθ' αὑτὰς αὐτουργούσας ἕκαστα, τά τε πρὸς ἀροτὴν, καὶ φυτουργίαν, καὶ τὰ πρὸς τὰς νομὰς, καὶ μάλιστα τῶν ἵππων. τὰς δ' ἀλκιμωτάτας ἐφ' ἵππων καυηγεσίαις πλεονάζειν, καὶ τὰ πολέμια ἀσκεῖν. ἁπάσας δ' ὠμοκεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν μαστὸν ἐκ νηπίων, ὡς τὸν δύπιτοῦν χεῖσθαι δεῖ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν. ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἀκοντισμὸν, χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ, καὶ σαγάρει, καὶ πέλτῃ, δορὰς δὲ θηρίων περιῆφθαι, δορύκραναί τε, καὶ σκεπάσματα, καὶ διαζώματα. μίαν δὲ μῆνας ὁμιλεῖν ἔχει τὸν ἔαρος, καθ' ὃν ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ πλησίον ὄρος τὸ διορίζον αὐτάς τε, καὶ τοὺς γαργαρέας. ἀναβαίνουσι δὲ καὶ κεῖνοι κατὰ ἔθος τι παλαιὸν, σωθύσοντές τε, καὶ σωτισόμενοι ταῖς γυναιξὶ, τεκνοποιίας χάριν, ἀφανῶς τε καὶ ἐν σκότει ὁ τυχὼν τῇ τυχούσῃ. ἐγκύμονας δὲ ποιήσαντες ἀπέπεμψαν, αἱ δ' ὅτι μὲν ἂν θῆλυ τέκωσι κατέχουσιν αὐταί, τὰ δ' ἄῤῥενα κομίζουσι τοῖς ἐκτρέφειν. ὠκεῖσθαι δ' ἕκαστοι πως ἕκαστον νομίζω ὑπὸ τῆς ἀγνοίας. ὁ γὰρ μῦθος καταράπτων ἀπὸ τῶν ὁρῶν διὰ τῶν ἀμαζόνων, καὶ σιρακηνῶν, καὶ ὅσοι μεταξὺ ἔρημοι, εἰς τὴν μαιῶτιν ἐκδίδωσι. τοὺς δὲ γαργαρέας σωσαναβῆναι μὲν ἐκ θερμισκύρας φασὶ τοῖς ἀμαζόσιν, εἰς τοὺς δὲ οὐ τόπους. ἐκπεσόντας αὐτῶν, πολεμῆσαι μετὰ θρακῶν, καὶ βοιωτῶν τινῶν πλανηθέντων μέχρι δεῦρο πρὸς αὐτούς, ὕστερον δὲ καταλυσαμένους γὰρ πρὸς αὐτὰς πόλεμον ὑπὸ τοῖς λεχθεῖσι ποιήσασθαι συμβάσεις, ὥς τε τέκνων συγκοινωνεῖν μόνον, ζῆν δὲ καθ' αὑτοὺς ἑκατέρους. ἴδιόν δέ τι συμβέβηκε τοῖς λόγοις περὶ τῶν ἀμαζόνων. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μυθῶδες, καὶ τὸ ἱστορικὸν διωρισμένον ἔχουσι. τὰ γὰρ παλαιὰ, καὶ ψευδῆ, καὶ τραγῳδίαν, μύθους καλοῦσιν. ἡ δ' ἱστορία βούλεται τἀληθὲς ἂν τε παλαιὸν ἂν τε νέον, καὶ τὸ τραγῳδοῦν, ἢ οὐκ ἔχει, ἢ σπανίως. περὶ δὲ τῶν ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ νῦν, καὶ πάλαι, τραγῳδούμενα τε ὄντα, καὶ πίστεως πέρρω. τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ἀ

γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συστὰν ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν καὶ οὐ μόνον συστάν, ἀλλὰ καὶ

φεύσαι

ἐφόλος ποιῆσαι, ὧν τὴν ἀλογίαν, καὶ ἔρα τύσειεν ὁ τὴν ἐγγὺς μόνον, ὡς τις, καὶ μέχρι τῆ νῦν ἰωνίας προελθεῖν, ἀλλὰ καὶ διαπόντιον στεῖλαι στρατιὰν μέχρι τῆ ἀττικῆς. οὐδὲν γὰρ ὅμοιον ὡς αὖ τίς λέγοι, τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας γινομένους οὐ τὸ τυχὸν, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε αὐτὰ καὶ νῦν λέγεται πρὸς αὐτῶν. ὑπτείνει δὲ τὴν ἱστορίαν, καὶ τὸ πεῖσθαι τὰ παλαιὰ μᾶλλον, ἢ τὰ νῦν. ἱστόρεις γοῦν πόλεων, καὶ ἐπωνυμίας λέγονται, καθάπερ ἔφεσον, καὶ σμύρνης, καὶ λύμης, καὶ μυρίνης, καὶ πάφου, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. τὴν δὲ θεμίσκυραν καὶ τὰ πρὸς τῷ θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη, ἃ πάντες ἀμαζόνων καλοῦσι, καὶ φασὶν ὑπ' ἐκείνων ἐνθένδε. ὅπου δὲ νῦν εἰσὶν, ὀλίγοι τε καὶ ἀναπολέκτως, καὶ ἀπίστως ἀναφαίνονται. καθάπερ καὶ πρὸς θαλπηρίας, ἣν ἀλεξάνδρῳ συμμίξας φασὶν ἐν τῇ ὑρκανίᾳ, ᾗ συγγενέσθαι τεκνοποιίας χάριν διωκισθῆναι τῶν ἀμαζόνων. οὐ γὰρ ὁμολογεῖται οὕτως, ἀλλὰ τῶν συγγραφέων τοσούτων ὄντων, οἱ μᾶλιστα τῆς ἀληθείας φροντίσαντες οὐκ ἐρήκασιν, οὐδ' οἱ πεισθέντες μάλιστα οὐδενὸς μεμνῆσθαι τούτων, οὐδ' ἁπάντες τὰ αὐτὰ εἰρήκασι. λέγεται δὲ καὶ φησὶ τὴν θαλπηρίαν ἀφ' ἑκατέρων τοὺς λόγους, καὶ θερμώδοντα ὁρμηθέντα ἐλθεῖν πρὸς ἀλέξανδρον. εἰσὶ δ' ἀφ' ἑκατέρων εἰς θερμώδοντα σταδίοι πλείους διακοσίλίων, καὶ τὸ πρὸς τὴ ὑρκανίᾳ θρυλλούμενον λέγουσιν ὁμολογῆται παρὰ πάντων. οἱ δὲ πλησιάζοντες ἧσαν, οἱ κολακείας μᾶλλον, ἢ ἀληθείας φροντίζοντες, οἷον ὡς τὸν ἑκάτερον μετενεγκεῖν εἰς τὰ ἰνδικὰ ὄρη, καὶ τὴν πλησιάζουσαν ἐκείνοις ἐᾶσαι θάλατταν, ἀφ' ἧς ὑποκαιομένου δὴ κολχίδι, καὶ τὴν εὐξείνου ὁρᾶν. ταῦτα γὰρ εἰ ἐλλίποι, καυκάσου ὀνομάζουσι, διέχοντα τῆς ἰνδικῆς πλείους, ἢ τρισμυρίους σταδίους. καὶ γένεσθαι ἐμυθεύσαντο τὰ πρὸς προμηθέως, καὶ τὴν δεσμὸν αὐτοῦ. ταῦτα γὰρ τὰ ὕστατα πρὸς ἑω ἐγνώκεσαν οἱ τότε. ἡ δὲ ὑπὲρ ἰνδοὺς στρατεία διοῦσα, καὶ ἡρακλείους, ὑστερογενῆ τὴν μυθοποιίαν ἐμφαίνει, ἅτε τοῦ ἡρακλείους, καὶ τὸν προμηθέα λύσαι λεγομένου χιλιοστὸν ἐτῶν ὕστερον. καὶ διὸ μὴν γένεσθαι τὸν τὸν ἀλέξανδρον μέχρι τῶν ἰνδικῶν ὀρῶν κατασχέσθαι τὴν ἀσίαν, ἢ μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ εὐξείνου, καὶ τοῦ καυκάσου. ἀλλ' ἡ δόξα τοῦ ὄρους καὶ τοὔνομα, καὶ τὸ τοὺς πρὸς ἑσπέρας, δοκεῖ μακροστάτην στρατείαν ποιῆσαι τὴν μέχρι τῶν πλησίον καυκάσου. καὶ τὸν προμηθέα παραδεδόσθαι δεδεμένον

inuaserit aliena, & nõ modo uicinis fuerit dominata, adeo ut usq; in Ioniam processerit, sed etiam exercitum trans Pontum miserit, usque in Atticam: Hoc perinde est, ac si quis dicat, uiros tunc mulieres fuisse, & mulieres uiros. Quin eadem nunc de eis prædicantur, quam quidem rem adauget, & facit ut magis antiqua credantur quàm noua, quod urbes quædam ab illis conditæ & cognominatæ perhibentur, ut Ephesus, Smyrna, Cume, Myrina, Paphe, & alia quàm plurima monumẽta. The miscyram enim camposq; Thermodonti proximos, & imminentes montes Amazonum dicunt, atq; eas inde pulsas. Vbi autem nunc sint, perpauci id quidem, & sine demonstratione tradunt, quemadmodum de Thalestria Amazonum regina, quam cum Alexandro in Hyrcania permixtam ferunt, & prolis gratia congressam, quæ profecto res non satis constat. Nam rerum scriptores qui maxime ueritatem curant, & quibus fidei plurimum adhibetur, nihil tale dixerunt, & si qui dixerunt, inter se discordant. Clitarchus Thalestriam scribit à Caspijs portis & Thermodonte profectam ad Alexandrum uenisse: cum Caspiæ portæ supra sex millia stadiorum distent à Thermodonte. Quæ uero ad famam uulgata sunt, & si ab omnibus concedantur, tamen qui ea finxere, magis adulationi inseruierunt, quàm ueritati, quemadmodum de Caucaso in Indicos montes, & in uicinum illis mare translato ab ulterioribus Colchorum, & Euxini montibus, quos Græci etiam Caucasum nominarunt: cum Caucasus supra triginta millia stadiorum distet ab India, atq; ibi de Prometheo & eius uinculis fabulas confinxerunt. Eos enim tunc ultimos norant orientem uersus. Bacchi quidem atque Herculis exercitus qui in Indiam profectus est, posterius confictam fabulam ostendit, quippe cum Hercules mille annis pòst soluisse Prometheum dicatur, & præclarius quidem erat Alexandrum usque ad Indicos montes, quàm usque in ulteriorem Euxini & Caucasi recessum Asiam subegisse. Vnde propter montis famam & nomen, & propterea quod Iason uidebatur longissimam expeditionem peregisse usque ad loca Caucaso proxima, & quia Prometheus in extremis

terræ etiam monte Caucaſo uinctus dicebatur, idcirco gratificari ſe regi putauerunt, ſi montis nomen in Indiam tranſtuliſſent. Altiſſimæ uero Caucaſi partes Albaniã & Iberiam & Colchos & Heniochos uerſus ſunt, Auſtralesq; ab his habitantur, quos Dioſcuriadem diximus conuenire, conueniunt autem frequentius ſalis gratia. Ex his alij montium tenent cacumina, alij in collibus habitãt qui plurimum ex ferina carne & lacte & agreſtibus fructibus uiuũt. Montium uertices hyeme ſunt inacceſſibiles, æſtate propter glaciem ac niues, bubulis calygis in tympani modum latis calceati, aſcendunt. Deſcendunt autem cum oneribus ſuper pelle delapſi, quod etiam circa Atropatiam Mediæ & Maſium Harmeniæ montem fit, ubi ſoleas quaſdam ligneas caligatas pedibus ſupponunt. Summa itaque Caucaſi talia ſunt, ad montis ima deſcendenti regio ſeptentrionalior eſt, minor tamen. Iam enim cũ campis iungitur Siracorum. Inſunt etiam Troglodytæ quidam, qui propter frigora habitant in cauernis. Iam hi quoque pane abundant. Poſt Troglodytas ſunt Chæanitæ & quos Polyphagos uocant, & aliorum quorundam uici, agriculturæ patientes, cum non omnino ſeptentrioni ſubiaceant. Deinceps ſunt Nomades, Panxani, & Nabiani, qui inter Mæotim Caſpiumq; habitãt: mox Siracorum Aorſorumq; nationes. Aorſi ac Siraces ſuperiorum Aorſorum exules uidentur & magis ad ſeptentrionem expoſiti. Abeacus Siracorum Rex, dum Pharnaces Boſphorum haberet, equitum miſit uiginti millia, Spanides Rex Aorſorum toti dem, ſuperiores Aorſi plura cum terræ plus haberent, & maxima ex parte oræ Caſpiæ imperitarent. Vnde camelis iter agentes, Indicas & Babylonias merces ab Harmenijs Mediſq; accipiebant, atq; ex opulentia aurum geſtabant. Aorſi itaque Tanaim accolunt, Siraces autem Achardeum, qui ex Caucaſo fluens emittit in Mæotim. Secunda pars incipit à mari Caſpio, ubi & prior deſinit, idem Hyrcanium appellatur. De mari hoc & gentibus quæ ipſum accolunt, dicendum prius eſt. Sinus itaque qui

ὧν τοῖς ἐγκλτοις ἡ γῆς ἐν τῷ λαυκάσῳ, χαριεῖσθαί τι τῷ βασιλεῖ ὑπέλαβον, τὸνομα τοῦ ὄρους μεταγνόντες, εἰς τὴν ἰνδικήν. τὰ μὲν οὖν ὑψηλότατα τοῦ ὄντως λαυκάσου, τὰ νοτιώτατα τὰ ὄπι. τὰ πρὸς ἀλβανίαν, καὶ ἰβηρίαν, καὶ κόλχοις, καὶ ἡνιόχοις. οἰκοῦσι δὲ οὓς εἶπον, οὓς σωφρονιζόντες εἰς τὴν διοσκουριάδα. συνέρχονται δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀλῶν χάριν. τούτων δ' οἱ μὲν, τὰς ἀκροφρίας κατέχουσιν. οἱ δὲ, ἐν νάπαις αὐλίζονται, καὶ ζῶσιν ἀπὸ θηρίων σαρκῶν τὸ πλέον. καὶ καρπῶν ἀγρίων, καὶ γάλακτος. αἱ δὲ κορυφαὶ, χειμῶνος μὲν ἄβατοι, θέρους δὲ προσβαίνουσιν. ὑποδούμενοι λιγνύτρῳ τὰ ὠμοβόεια δίκλω τυμπάνῳ πλατεῖα δι' ἃς χιόνας. καὶ οὓς λυγαλλους. καταβαίνουσι δ' ὧδε ἀβρὰς κείμενοι σὺν τοῖς φορτίοις, καὶ καταλιδάνουσιν. ὅπερ καὶ κατὰ τὴν ἀπροπατείαν μηδίαν κατὰ τὸ μαλακώτατον ὄρος τὸ ἐν ἀρμενίᾳ συμβαίνει. ἐνταῦθα δὲ καὶ προξένοι ξύλινοι λιγνύτροι τοῖς ὠνίοις ὑποτίθενται. τὸ γοῦν λαυκάσου τὰ μὲν ἄκρα, τοιαῦτα. κατὰβαίνοντι δ' εἰς τὰς ὑπωρείας ἀρκτικώτερα μὲν ὄντα λείμακα. ἡμερώτερα δὲ, ἤδη γὰρ σωφρονεῖται τοῖς περὶ τὴν σπάκην. εἰσὶ δ' καὶ βουκολοῦντές τινες ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες, δι' ἃ τὰ ψύχη. πρὸ οἷς ἤδη καὶ ἀλφίτων ὄντων πορία. μεταδιδόασι δὲ τοῖς βουκολοῦσι, καὶ χαιρουσι καὶ πολυφάγοι ὄντες καλοῦνται. καὶ τὰ εἰκότα κωλύουσι λιμαλυνῶν γεωργεῖν. διὰ τὸ μὴ παντελῶς ὑποπεπωκέναι τοῖς ἄρχουσι. οἱ δ' ἐφεξῆς ἤδη νομάδες, οἱ μεταξὺ μασσαγέται, καὶ ἡ κασπία, ναβιανοὶ καὶ πανξανοί. καὶ ἤδη τὰ τῶν σπάκων, καὶ ἀόρσων φύλα. δουοῦσι δ' οἱ ἀόρσοι, καὶ οἱ σπάκαι φυγάδες εἶναι τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ προσκεκτῆσθαι μᾶλλον ἀόρσων. ἀβέακος μὲν ὁ τῶν σπάκων βασιλεύς, ἡνίκα φαρνάκης τὸν βόσπορον εἶχε δύο μυριάδας ἱππέων ἔστειλε. ἀσπαδίνης δ' ὁ τῶν ἀόρσων, καὶ εἴκοσιν. οἱ δ' ἄνω ἀόρσοι, καὶ πλείονας. καὶ γὰρ ἐπεκράτουν πλείονος γῆς. καὶ χειδὸν τι ἡ κασπίων παραλίας ἡ πλείστης ἦρχον. ὥς τε καὶ ἐνεπορεύοντο καμήλοις τὸν ἰνδικὸν φόρτον, καὶ τὸν βαβυλώνιον. παρὰ τε ἀρμενίων, καὶ μήδων διαδεχόμενοι. ἐχρυσοφόρουν δὲ διὰ τὴν εὐπρεῖαν. οἱ μὲν ἄνω ἀόρσοι τὸν πάνυ παροικοῦσιν. οἱ σπάκαι δὲ τὸν ἀχαρδέον. ὃς ἐκ τοῦ λαυκάσου ῥέων, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν μαιῶτιν. ἡ δὲ δεξιὰ μοῖρις ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς κασπίας θαλάττης, εἰς ἣν κατέπαυγε ἡ πρώτερα καλεῖται δὲ αὐτὴ θάλαττα καὶ ὑρκανία. διὰ δὲ

πρὸ τῆς θαλάττης ἐπεῖν πρότερον πάντες, καὶ τῶν προσοίκων ἐθνῶν. ἔστι δ' ὁ κόλπος αὐχὴν

ἐπ τῷ

κ τοῦ ὠκεανοῦ πρὸς μεσημβρίαν. καὶ παρχὰς μὲν ἱκανῶς στενός, ἐνδοτέρω δὲ πλατύνεται τοιοῦτον καὶ μᾶλιστα κατὰ τὸν μυχόν. ὧθεν σταδίους που, καὶ τετρακισχιλίους. ὁ δ' ἔσπλους μέχρι τοῦ μυχοῦ, μικρῷ πλείων αὖ ἐστιν, ὡσαύτως πως, ἤδη τῇ ἀοικήτῳ. φησὶ δ' ἐρατοσθένης τὸν ὑπὸ τῶν ἑλλήνων γνώριμον περίπλουν τῆς θαλάττης ταύτης. τὸν μὲν παρὰ τοὺς ἀλβανοὺς, καὶ τοὺς λυσιούς, ἴσον τετρακισχιλίων, καὶ τετρακοσίων. τὸν δὲ παρὰ τὴν ἀναριάκων καὶ μασσαγετῶν, καὶ ἰρκανῶν, μέχρι τοῦ στόματος τοῦ ὄξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων, γίνεσθαι. ἀπὸ δὲ τοῦ ἰαξάρτου διχιλίων τετρακοσίων. λεῖπε δὲ πρὸς τῶν ἐν τῇ μεσογείᾳ ταύτῃ, καὶ τοῖς ἔθνεσι τοσοῦτον ἐκπεπτωκόσιν ἀπλόου διάστημα. καὶ μᾶλιστα πρὸς τῶν σπασινοχαρακηνῶν. εἰς πλοῦν δ' ἐν δεξιᾷ μὲν τοῖς εὐρωπαίοις, οἱ σαυρομᾶται νέμονται, καὶ ἄρματα. οἱ μεταξὺ τοῦ τανάϊδος, καὶ τῆς θαλάττης ταύτης, νομάδες οἱ πλέονες. πρὸς ὑπερβορέους δ' οὐκ ἐρήκαμεν. ἐν ἀριστερᾷ δ' οἱ πρὸς ἕω σκύθαι νομάδες, καὶ οὗτοι μέχρι τῆς ἕω θαλάττης, καὶ τῆς ἰνδικῆς παρατείνοντες. ἅπαντας μὲν δὴ τοὺς πρόσβορρον, κοινῶς οἱ παλαιοὶ τῶν ἑλλήνων συγγραφεῖς, σκύθας καὶ μελανσκύθας ἐκάλουν. οἱ δ' ἔτι πρότερον διελόντες, τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ εὐξείνου, καὶ ἴστρου, καὶ ἀδρίου κατοικοῦντας, ὑπερβορέους ἔλεγον. καὶ σαυρομάτας, καὶ ἀσιαστούς. τοὺς δὲ πέραν τῆς κασπίας θαλάττης, τοὺς μὲν, σάκας. τοὺς δὲ, μασσαγέτας ἐκάλουν, οὐκ ἔχοντας ἀκριβῶς λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδὲν, ἀλλὰ πρὸ πολλοῦ μασσαγέτας. τὸν λύρου πόλεμον ἱστοροῦντες. ἀλλ' οὔτε περὶ τούτων οὐδεὶς ἠκρίβωτο πρὸς ἀλήθειαν, οὔτε τὰ παλαιὰ τῶν πορσικῶν, οὔτε τῶν μηδικῶν, ἢ συριακῶν ὃν πίστιν ἀφικνεῖτο μεγάλην διὰ τὴν τῶν συγγραφέων ἀπόστασιν, καὶ τὴν φιλομυθίαν. ὁρῶντες γὰρ οὐ φανερῶς μυθογράφους εὐδοκιμοῦντας, ὠήθησαν, καὶ αὐτοὶ παρείξεσθαι τῷ γραφῷ ἡδεῖαν, ἐὰν ἐν ἱστορίας σχήματι λέγωσιν, ἅμα δέ ποτε καὶ ἀκοὴν ἡδεῖαν ἔσχον. ἢ οὐ παρὰ γε εἰδότων σκοποῦντες, ἀλλ' αὐτὸ δὲ μόνον τοῦτο, ὅτι ἀκρόασιν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ θαυμαστόν. ῥᾴδιον δ' ἂν τις ἐπίδοι, καὶ ὁμήρῳ πίστιν ἀφικνεῖσθαι πρωτολογοῦσι, καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς, ἢ λιτησίᾳ γε καὶ ἡροδότῳ, καὶ ἑλλανίκῳ, καὶ ἄλλοις τοιούτοις. ὃ δὲ τοῖς πρὸ ἀλεξάνδρου συγγράψασιν, ὃ ῥᾴδιον πίστιν τοῖς πολλοῖς. καὶ γὰρ οὕτω ῥᾳδιουργοῦσι διά τε τὴν δόξαν τοῦ ἀλεξάνδρου, καὶ διὰ τὸ τῶν στρατέων πρὸς τὰς ἐσχατιὰς γεγονέναι τῆς ἀσίας πόρρω ἀφ' ἡμῶν. τὸ δὲ πόρρω ἀπιστότατον. ἢ δὲ τῶν ῥωμαίων οἰκράτεια

ab oceano meridiem uersus recedit, satis in initio arctus est, in progressu autem dilatatur, præsertim in intimo recessu, ad quinq; ferè millia stadiorum. Nauigatio usq; in recessum, quem iam contingit inhabilitatem, paulo maior est. Scribit Eratosthenes maris huius circumnauigationem Græcis cognitam, secus Albanos & Clusios quinq; millium & trecentorum esse stadiorum, secus Anariacas, Mardos & Hyrcanos usq; ad Oxi fluminis ostia quatuor millium & octingentorum. Hinc ad Iaxartem flumen duûm millium & quadringentorum. Verum de his qui in hac parte habitant & tam longe sepositi sunt, simplicius dicendum est, maximeq; de interuallis. Ad dextram itaq; nauiganti, Europæ continui sunt Scythæ & Sarmatæ, qui inter Tanaim & mare hoc habitãt magna ex parte Nomades, ad læuam sunt Scythæ, qui ad orientem spectant, atq; hi Nomades usque ad orientale Indorum mare. Græci scriptores uniuersos septẽtrionales olim Scythas & Celtoscythas appellant. Qui uero eos prius distinxere qui supra Euxinum & Istrum & Adriam habitant, Hyperboreas, & Sauromatas, & Arimaspos uocauerunt. Eos autem qui ultra mare Caspium sunt, partim Sacas, partim Massagetas, quanquam de ijs nihil exquisite dixerunt, nec etiam qui Cyri bellũ aduersum Massagetas gestum conscripsere. Nam de ijs nihil omnino exacte dictum est. Sed nec Persarum res gestæ, nec Medorum, nec Syrorũ propter scriptorum simplicitatem ac studium fabularum multum fidei sunt assecutæ. Nam cũ eos uiderent magnopere probari, quod aperte fabulas conscriberent, arbitrati sunt scripturam suam iucundiorem fore, si in historiæ formam ea dicerent, quæ nec ipsi unquam uidissent, nec à scientibus audiuissent. Et quia talia libenter audiuntur, idcirco facilius & Hesiodo & Homero de heroibus prædicãdi fides adhibeꝛ, quàm Ctesiæ & Herodoto & Hellanico, accæteris eius generis scriptoribꝰ. Sed nec multi facile ijs credũt, qui de Alexandro cõscripsere. Hi em̃ propter Alexandri famã decipiunt, & propterea quod exercitus in extremis Asiæ partibus procul à nobis militauit. Longinquitas enim redargui non facile potest. At Romanorũ Pat-

Parthorumq; imperiũ plura retegit, quàm ea quæ olim tradita fuere. Nam qui & gentes & loca conscripserunt, in quibus res gestæ memorantur, eo fidelius dicũt quàm superiores, quo plura perspexere. Ad læuam itaque mare Caspium nauiganti Nomades accolunt, eos iuniores Daas appellant, qui etiam Aparni sunt nominati. Dehinc deserta regio interiacet, deinde Hyrcania, ubi iam mare in pelagus crescit, quousque Medorum Harmeniorumque montibus coniungatur. Horum figura lunaris est ad ipsas montium radices, quæ ad mare desinentes, intimum sinus recessum efficiunt. Has autem montium radices ad summum usque, à mari incipiendo, Albanorum & Harmeniorum nonnulli quadam ex parte habitant, partem uero maximam Gelæ, Docusini, & Amardi, & Quitij & Anariacæ. Proditum est etiam Parasiorum quosdam cum Anariacis habitasse, qui adhuc Parasii nominantur. Ænianas quoque urbem in Vitia condidisse, quæ nunc dicitur Æniana, ubi Græca ostenduntur arma, & ænea uasa, & sepulturæ. Hic etiam Nabarca ciuitas est, in qua oraculum est eorum, qui ex insomnijs respondent. Insunt etiam quædam aliæ gentes latroniciæ, belli potius quàm agri colendi studiosæ, id locorum asperitas facit. Maximam circummontanæ oræ partem Caddusii tenent ad quinque millia stadiorum, ut Patrocles ait, qui pelagus hoc Pontico par existimat. Hæc loca tenuia sunt. Hyrcania uero ualde opulenta & multa, & magna ex parte planities præclaris urbibus adornata, è quibus est Talabroca, & Samariana & Carta, & regia Tape, quam paulò supra mare sitam, abesse dicunt à Caspijs portis ad stad. mille & quadringenta. Opulentiæ signum ducunt, quod uitis uini metretam affert, ficus modios sexaginta. Frumẽtum ex fructu nascitur, qui cadit ex culmo, in arboribus mellificatur, ex foliis mel fluit, quod etiã in Matiana Mediæ, & in Sacagena Harmeniæ, & in Araxena fit, nullã tamen in ea excolenda diligentiam ponunt, nec in eiusdẽ nominis mari, quod & otiosum est & non nauigatur. Insunt in eo insulæ quædam, ut habitentur idoneę & (ut quidam dixere) auriferam terram habent. Causa est, quia qui in initio Hyrcanis impe-

καὶ ἡ τῶν παρθυαίων, πλείστη προσκαλύπτει τῶν παραδεδομένων πρότερον. οἱ γὰρ πρὸ ἐκείνου συγγράψαντες, καὶ τὰ χωρία καὶ τὰ ἔθνη ἐν οἷς αἱ πράξεις πεποίηνται λέγουσιν, ἢ οἱ πρὸ αὐτῶν, μᾶλλον γὰρ κατωτέρω ἔβλεψαν. οὗ δ' οὕνεκα ἐν ἀριστερᾷ εἰς πλοῦν τὸν κάσπιον πλέοντι παροικοῦσιν νομάδες, δάαι οἱ νῦν προσαγορεύονται, οὓς ἐπονομαζομένους ἀπάρνους. ἔπειτ' ἔρημος πρόκειται μεταξύ. καὶ ἐφεξῆς ἡ ὑρκανία. καθ' ἣν ἤδη πελαγίζει μέχρι τοῦ σωθῆναι τοῖς μηδικοῖς ὅροις, καὶ τοῖς ἀρμενίοις. τούτων δ' ὄρη μυχοειδῆ τὸ χῆμα καὶ τὰς ὑπωρείας. αἱ πελοποννησίαι πρὸς θάλατταν, πρὸς μὲν τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου. οἰκεῖ δὲ τὴν παρωρείαν ἑαυτῆς μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις ὀλίγον μικρὸν μὲν τῶν ἀλβανῶν τινὶ μέρος, καὶ τῶν ἀρμενίων. τὸ δὲ πλέον γέλαι, καὶ δουσινοῖοι. καὶ ἀμάρδοι καὶ κυίνιοι, καὶ ἀναριάκαι. φασὶ δὲ παράσιόν τινας συνοικῆσαι τοῖς ἀναριάκαις, οὓς καλεῖσθαι νῦν παράσιους. αἰνειανίας δ' ἐν τῇ οὐιτίᾳ τειχίσαι πόλιν. ἣ νῦν αἰνιανία καλεῖται, καὶ δείκνυται ὅπλα τε ἑλληνικὰ ἐνταῦθα. καὶ σκύφη χαλκᾶ, καὶ ταφαί. ἐνταῦθα δὲ καὶ πόλιν ναβάρκην. ἐν ᾗ φησὶ δείκνυσθαι μαντεῖον τῶν κοιμωμένων. καὶ ἄλλα τινὰ ἔθνη λυσιτελῆ καὶ μαχιμα μᾶλλον, ἢ γεωργικά. ποιεῖ δ' ὄρος ἡ τραχύτης τὸ πόπων. τὸ μὲν δὴ πλέον τῆς πόδες τῶν ὀρεινῶν παραλίαν καθήκοσαν νέμονται. σχεδὸν δ' ἐπὶ μὲν τριακιλίους σταδίους ὡς φησὶ πατροκλῆς. ὃς καὶ πάσης τὸ πελαγος ὄρος, ὡς πόντῳ τοῦτο μὲν οὖν τὰ χωρία λυπρά. ἡ δ' ὑρκανία σφόδρα εὐδαίμων καὶ πολλή, καὶ τὸ πλέον πεδιάς. πόλεσί τε ἀξιολόγοις διαλημμένη. ὧν ὅτι ταλαβρόκη, καὶ σαμαριανή. καὶ κάρτα, καὶ τὸ βασίλειον τάπη. ὃ φασι μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένον, διέχειν τῶν καπίων πυλῶν σταδίους χιλίους τετρακοσίους. καὶ δὴ τὸ μὲν ἔδαφος εὐδαιμονίας, σημεῖα ἤγοντο. ἡ μὲν γὰρ ἄμπελος, μέχρι τῶν οἴνου φέρει. ἡ δ' συκῆ μιδλίμνους ἐξήνοντα. ὁ δὲ σῖτος ἐκ τοῦ ἑκατοστεύειν καρπὸν τῆς καλάμης φύεται. ἐν δὲ τοῖς δρυόδρεσι σμιλοτρογεῖται. καὶ τῷ φύλλῳ ἀρρεῖ μέλι. ὄρος δὲ γίνεται ἡ τ' μηδίας ἐν τῇ ματιανῇ, ἡ τῆς ἀρμενίας ἐν τῇ σακασηνῇ, καὶ τῇ ἀραξηνῇ. τῆς μὲν τοι πεπικότητος οὐκ ἐτυχον, οὔτε αὐτὴ, οὔτε ἡ ἐπώνυμος αὐτῇ θάλαττα, ἄπλους τε οὖσα καὶ ἀργός. νῆσοι τέ εἰσιν, οἰκεῖσθαι δυναμένων. ὡς δ' ἐνίοις

ῥήμασί τινων καὶ χρυσῖτιν ἔχουσαι γῆν, ἄπορον δ' ὅτι καὶ οἱ ἡγεμόνες οἵ τ' ἀξαρχῆς ἐτύγχανον

χάνον βάρβαροι ὄντες οἱ τῶν ὑρκανῶν. μῆδοι τε καὶ πέρσαι. καὶ οἱ ὕστατοι παρθυαῖοι, χείρους ἐκείνων ὄντες. καὶ ἡγέτωρ ἅπασα χώρα λῃστῶν, καὶ νομάσιν μεσὴ, καὶ ἐρημίας. μακεδόνες δ' ὀλίγον ὑπῆρξαν. καὶ ἐν πολέμοις ὄντες, καὶ τὰ πέρᾳ σπανῶν οὐδὲν ἀμέλει φησὶ δ' ἀριστόβουλος ὑλώδη ὄσαν τὴν ὑρκανίαν, δρυῶν ἔχειν. πολύπλων ἢ ἐλάτην καὶ πίτυν μὴ φύειν, τὴν δ' ἰνδικὴν πληθύειν τούτοις. τῆς δὲ ὑρκανίας ὅσὴ ἡ νησαία. τινὲς δὲ καὶ κατ' αὐτὴν τιθέασι τὴν νησαίαν. διαρρεῖται δὲ καὶ ποταμοῖς ἡ ὑρκανία δύο τε ὄχῳ, καὶ δύο ὄξῳ, μέχρι δὴ εἰς θάλατταν ἐκβολῆς, ἓν ὁ ὄχος δέ τῆς νησαίας ῥεῖ. φύσει δὲ τὸν ὄχον εἰς τὸν ὄξον ἐμβάλλειν φασίν. ἀριστόβουλος δὲ καὶ μέγιστον ἀποφαίνει τὸν ὄξον, τῶν ἐωραμένων ὑφ' ἑαυτοῦ κατὰ τὴν ἀσίαν, πλὴν τῶν ἰνδικῶν. φησὶ δὲ καὶ δύπλουν εἶναι, καὶ οὕτως καὶ ἐρατοσθένης παρὰ παροικίους λαβών. καὶ πολλὰ τῶν ἰνδικῶν φορτία κατάγειν εἰς τὴν ὑρκανίαν θάλατταν, ἐντεῦθεν δ' εἰς τὴν ἀλβανίαν πορεύεσθαι. καὶ δὴ καὶ τοῦ λύρου καὶ τῶν ἐξῆς τόπων εἰς τὸν εὔξεινον καταφέρεσθαι. οὐ πάνυ δὲ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὁ ὄχος ὀνομάζεται. ἀριστόβουλος μὲν τοι ὁ τὰ παρθυκὰ γράψας, σωιχῶς αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς ἐγγυτάτω τοῖς παρθυαίοις ῥέοντα. πεποίηται δὲ καὶ περὶ τῆς θαλάττης πολλὰ ψευδῆ δὴ τὴν ἀλεξάνδρου φιλοτιμίαν. ἐπεὶ δὴ γὰρ ὡμολόγητο, ὅτι ἐκ πάντων διέργει τὴν ἀσίαν ἀπὸ τῆς εὐρώπης, ὁ τάναϊς ποταμός, τὸ δὲ μεταξὺ τῆς θαλάττης, καὶ τοῦ τανάϊδος πολὺ μέρος τῆς ἀσίας ὄν, οὐχ ὑπέπιπτε τοῖς μακεδόσι, στρατηγὸν δ' ἐγνώρισο, ὡς τε φήμη γε κἀκείνων δόξαι τῶν μερῶν στρατὸν τὸν ἀλέξανδρον, ὡς ἂν οὕτω σωιῆγον τὴν τε μαιῶτιν λίμνην τὴν δεχομένην τὸν τάναϊν, καὶ τὴν κασπίαν θάλατταν. λίμνην καὶ ταύτην καλοῦσιν, καὶ σωστρωφάδα κεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρας, ἑκατέραν δὲ αὖ μέρος τῆς ἑτέρας. πολυκλειτος δὲ καὶ πίσσας πεποιῆσθαι πρὸς τὴν λίμνην εἶναι τὴν θάλατταν ταύτην. ὄφεις τε γὰρ ἐκτρέφειν, καὶ ὑπὸ γλυκὺ εἶναι τὸ ὕδωρ. ὅτι δὲ καὶ οὐκ ἑτέρα τῆς μαιώτιδος ἐστὶ, τεκμαίρονται ἐκ τοῦ τάναϊν εἰς αὐτὴν ἐμβάλλειν. ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν ὁρῶν τ' ἰνδικῶν ἄγων ὅτι ὄχος, καὶ ὁ ὄξος φέρει καὶ ἄλλοι πλείους. καὶ ὁ ἐξάρτης ἐκ διδύμων τελευτᾷ ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκλικώτατος. ὥστε ἂν ὠνόμαζεν τάναϊν, καὶ πεποίθεσαν, καὶ τούτῳ πίστιν. ὡς ἂν τάναϊς ὂν ἔμικτον ὁ πολύκλειτος, τὴν γὰρ πρώιαν τοῦ

rauere barbari fuerunt, ut Medi, Perſæ, ac poſtremo Parthi, ſuperioribus deteriores. Tum uicina regio Nomadibus, ac deſertis plena tota latronibus patet. Macedones autem paruo tempore imperauerunt, & in bellis occupati, longinqua proſpicere nequiuere. Refert Ariſtobulus Hyrcaniam ſyluoſam eſſe, & quercū & pinum, & abietem gignere, piceam uero minime, Indiam his abundare. Neſæa ad Hyrcaniam pertinet. nonnulli eam per ſeſe ponunt. Hyrcania uſq; ad mare Ocho & Oxo fluminibus irrigatur, quorum Ochus per Nyſæā fluit, quidam Ochum in Oxum dicunt emittere. Ariſtobulus oſtendit Ochum maximum eſſe omnium fluminum, quæ ipſe in Aſia uiderit, præter Indica. dicit enim eum nauigabilem eſſe (à Patrocle ita, ut Eratoſthenes accipiens) & multas Indiæ merces in Hyrcanum mare per eum deuehi. Hinc in Albaniam trāſci, ac per Cyrum ad ſequentia loca deferri in Euxinum, quanquam Ochus ab antiquis ſcriptoribus non multum nominatur. Apollodorus Parthicarum rerum conſcriptor, quia Parthis proxime labatur, ſæpe eum nominauit. Sed multa mendacia de mari hoc propter Alexandri ambitionem, in opinionem adducta ſunt. Nam cum inter omnes conſtet, Tanaim flumen Europam ab Aſia diſſungere, iaceatq; inter Tanaim ac mare maxima Aſiæ pars, quę Macedonibus non parebat, certum eſt eam exercitum contraxiſſe, quare Alexander fama ſolum uidetur partes eas obtinuiſſe. In unum itaq; coeunt Mæotim lacum qui Tanaim recepit, & Caſpium mare, quod etiam lacum uocant, & inter ſe dicunt permiſceri, & alterum alterius partem eſſe Polycletus fidem affert, mare hoc lacum eſſe, quia ſerpentes nutrit & dulce eſt, & quod aliud non ſit à Mæotide, ex eo uidetur coniectare, quod Tanais in id emittat. Ex iiſdem enim Indiæ montibus fertur, ex quibus Ochus & Oxus, Iaxartes & complures alij. atque ita in Caſpium pelagus immittit, quemadmodum illi, & omnium ſeptentrionaliſsimus eſt. Hunc itaque Tanaim nominauerunt & fidem adhibuerunt eum Tanaim eſſe quem dixit Polycletus, quod regio

trans

trans amnem abietem fert, & Scythæ qui ibi sunt sagittis abiegnis utuntur. Idq; indicium est, ulteriorem regionem ad Europam non ad Asiam pertinere. Asia nec superior nec orientalis gignit abietem. Author est Eratosthenes, etiam in India eam nasci, & inde classem ab Alexandro ædificatam. Eratosthenes quidem huiusmodi alia permulta refellere conatur. Sed de his satis sit dictum. Atq; illud ex admirabilibus est, quæ ab Eudoxo & ab alijs de Hyrcania scripta sunt, quod ripæ quædam cauernosæ ante mare stant, inter quas atque mare humile littus iacet, ex superioribus uero rupibus flumina decurrunt, tanta ui delata, ut cum ad ripam peruenerint, aquam in mare iaculentur, subiectum littus aspergine intactum relinquentia, ut etiam exercitui unda tecto peruium sit. Sæpe indigenæ eum locum descendunt epulandi & sacrificandi gratia, & interdum in antris discumbentes, interdum sub ipso fluctu apricantes, alij alio modo delectantur, cum simul hinc mare pateat, hinc littus propter humorem herbidum floridumq; conspiciatur. Ab Hyrcanio mari ad auroram progredienti, ad dextram sunt montes qui usque in Indicum mare pertendunt, eos Græci Taurum uocant, qui à Pamphilia Ciliciaq; incipientes, & ab occidente perpetui hucusque procedunt, cum alia atq; alia nomina sortiantur. Septentrionales eius partes primo (ut dictum est) habitant Gelæ, Caddusii, Amardi, & Hyrcanorum quidam, postea Parthorum, Margianorum, & Ariorum gentes. Tum deserta quæ Sarnius amnis separat ab Hyrcania ad auroram atque Ochum tendunt. Quod autem hucusque pertendit, uel paulo minus, Parachoathras appellatur. A mari Hyrcanio in Arios sunt sex millia ferè stad. Deinde est regio Bactriana & Sogdiana. Vltimi sunt Scythæ Nomades. Montes omnes qui post Arios sequuntur, Macedones Caucasum uocauerunt. Barbari uero & summas & boreales Paropamisi partes, & Eodaas & Himaonum, & alia huiusmodi nomina singulis partibus dederunt. Ad lævam

ποταμοῦ τούτου φέρειν ἐλαφρῶς, καὶ ὑπὸ τοῖς ἐλατίνοις χρῆσθαι αὐτῷ ταύτῃ σπάνος. ὅτι δὲ καὶ τὸ μέγεθος τῆς χώρας τῆς πέραν θαλάττης εἶναι μὴ τῆς ἀσίας. τὴν γὰρ ἀσίαν τὴν ἄνω, καὶ τὴν πρὸς ἑω μὲν φύειν ἐλάτην, ἐρατοσθένης δέ φησι, καὶ ἐν τῇ ἰνδικῇ φύεσθαι ἐλάτην, καὶ ἐντεῦθεν ναυπηγήσασθαι τὸν τόλεμ ἀλέξανδρου. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα συγκρούειν ἐρατοσθένης περὶ τούτου. ἡμῖν δ' ἀκριβώντως εἰρῆσθαι πρὸς αὐτῶν. καὶ ὅσον δ' ἐκ τῶν κατὰ τὴν ὑρκανίαν ἰσορυμένων παραθύρων δεῖν ὑπὸ εὐθύρου, καὶ ἄλλων. ὅτι πρόκειται πέτραι ἀκταὶ τῆς θαλάττης ὑπάντιοι. τούτων δὲ μεταξύ, καὶ τῆς θαλάσσης ὑποκειται παραπλήσιος αἰγιαλός. ἐκ δὲ τῶν ὑπερθεν ῥηγνυμένων ποταμοὶ ῥέοντες τοσαύτην προσφέρονται βίαν, ὥς τε ταῖς ἀκταῖς σωφλακωθέν ὑπερπηδᾶν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν θάλατταν, ἄῤῥαγον φυλάττοντες τὸν αἰγιαλόν, ὥς τε καὶ στρατοπέδοις ὁ διύσιμον εἶναι, σκιαζόμενον τοῖς ῥεύμασι. οἱ δ' ἐπιχώριοι καταγόντες πολλάκις εὐωχίας καὶ θυσίας χαίρειν εἰς τὸν τόπον. καὶ ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῖς αὐτροις κατακλίνοντες, ποτὲ δ' ὑπὸ τοῖς ῥεύμασι ἁλιαζόμενοι. ἄλλως δ' ἄλλοι τέρποντ. παραφαινομένης ἅμα, καὶ τῆς θαλάττης ἐκατέρωθεν, καὶ τῆς ἠόνος πόάδους, καὶ ἀνθηρᾶς οὔσης. διὰ τὴν ἰκμαλέαν. ἀπὸ δὲ τῆς ὑρκανίας θαλάττης πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὴν ἐκδρομὴν μὲν ὅτι τὰ ὄρεα μέχρι τῆς ἰνδικῆς θαλάττης παρατείνοντα. ἄπορ οἱ ἕλληνες ὀνομάζουσι ταῦρον. ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παμφυλίας, καὶ τῆς κιλικίας. καὶ μέχρι δεῦρο πρὸς ἑσπέραν ἀπὸ τῆς ἑωσφόρας συνεχῆ, καὶ τυγχάνοντα ἄλλων, καὶ ἄλλων ὀνομάτων. προσοικοῦσι δ' αὐτὸ καὶ τὰ προσάρκτια μέρη, πρῶτοι μὲν οἱ γῆλαι, καὶ καδούσιοι, καὶ δύμασθοι καθάπερ εἴρηται. καὶ τῶν ὑρκανίων τινές. ἔπειτα τὸ τῶν παρθυαίων ἔθνος. καὶ τὸ τῶν μαργιανῶν. καὶ τῶν ἀρείων, καὶ ἐρημον, ἣν ἀπὸ τῆς ὑρκανίας θαλάττης ὁ στρεπτὸς ποταμὸς, πρὸς ἑω βαδίζουσι, καὶ ὕδωρ ἔχον. καλεῖται δὲ τὸ μέχρι δεῦρο ἀπὸ τῆς μυρίας διατεῖνον, ἡ μικρὸν ἀπολείπει, πρωχοάζας. ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς ὑρκανίας θαλάττης εἰς τοῦ ἀρείους, πρὸς ἑξακισχιλίους σταδίους. ἔνθ' ἡ βακτριανή ὅτι, καὶ ἡ σογδιανή. πλησιαίτατοι δὲ σκύθαι νομάδες. τὰ δ' ὄρη μακεδόνες πάντα τὰ ἐφεξῆς ἀπὸ ἀρείων, καυκάσον ἐκάλεσαν. πρὸς δὲ τοῖς βαρβάροις, ἴδιά τε ἄκρα καὶ τὰ προπαρόσοδα πρόσβορρα, καὶ τὰ ἡμαόνου, καὶ ἄλλα ἰδιώτατα ὀνόματα ἑκάστοις μέρεσιν ὑπέκειθ, ἐν ἀρισερᾷ δὲ τὸν

δὲ τούτοις. αὐτιπαρῴκηται σκυθικὰ ἔθνη, καὶ τὰ νομαδικὰ, ἅπασαν ἐκπληροῦντα τὴν βόρειον πλευράν, οἱ μὲν δὴ πλέιστοι τῶν σκυθῶν ἀπὸ τῆς κασπίας θαλάσσης ἀρξάμενοι, ἄλλοι πρωτογορεύονται, οὓς δὲ πρωτεύοντας μᾶλλον μασσαγέτας, καὶ σάκας ὀνομάζουσι. τοὺς δ' ἄλλας κοινῶς μὲν σκύθας ὀνομάζουσιν. ἰδίᾳ δ' ὡς ἑκάστους. ἅπαντες δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ νομάδες. μάλιστα δὲ γνώριμοι γεγόνασι τῶν νομάδων οἱ τοὺς ἕλληνας ἀφελόμενοι τὴν βακτριανὴν, ἄσιοι καὶ πασιανοὶ καὶ τάχαροι. καὶ σακαράυλοι. καὶ ὁρμιθῶνται ἀπὸ τῆς πόρρω τοῦ ἰαξάρτου τῆς κατὰ σάκας καὶ σογδιανούς, ἣν κατεῖχον σάκαι. καὶ τῶν ἄλλων, οἱ μὲν, πρωτογορεύονται ἄπαρνοι. οἱ δὲ, ξανθίοι. οἱ δὲ, πισουροι. οἱ μὲν οὖν ἄπαροι πλησιάτατοι τῇ ὑρκανίᾳ παρατείνονται, καὶ τῇ κατ' αὐτὴν θαλάσσῃ. οἱ δὲ ὑποὶ ἀφικνοῦνται καὶ μέχρι τῆς αὐτιπαικούσης τῇ ἀσίᾳ. μεταξὺ δ' αὐτῶν, καὶ τῆς ὑρκανίας, καὶ τῆς παρθυαίας, μέχρι ἀόρου, ἔρημος κεῖται πολλὴ, καὶ αὔυδρος. ἣν, διεξιόντες μακρᾶς ὁδοῖς, κατέτρεχον τήν τε ὑρκανίαν, καὶ τὴν ἰσαίαν καὶ τὰ τῶν παρθυαίων πεδία. οἱ δὲ, σπονδὰς ἐποιοῦντο φόρου. φόρου δ' ἦν τὸ ἀπιτρέπειν πάντοῖς τισὶ χρόοις τὴν χώραν καταστρέχειν καὶ φέρεσθαι ἐλαίαν. ἀπιπολαζόντων δ' αὐτῶν παρὰ τὰ συγκείμενα, ἐπολεμεῖτο. καὶ πάλιν διελύοντο, καὶ ἀνεπολεμίσεις ἐγίνοντο. τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ τῶν ἄλλων νομάδων βίος, ἀεὶ τοῖς πλησίον ἀπιπεμπόντων. τότε δ' ἀπὸ διαλιπόντων. σάκαι μὲν τι παραπλησίας φόδους ἐποιήσαντο τοῖς λιμμυρίοις, καὶ μείοσι τὰς μὲν, μακροτέρας, τὰς δὲ, καὶ γύθῳ. καὶ γὰρ τὴν βακτριανὴν κατέσχον. καὶ τῆς ἀρμενίας κατεκτήσαντο τὴν εἰσίω γῆν, ἣν καὶ ἐπώνυμον ἔσωσαν καταλιπόντες τὴν σακασηνὴν, καὶ μέχρι καππαδοκῶν. καὶ μάλιστα τῶν πρὸς ἕω ξένων. οὓς τοντικοὺς νῦν καλοῦσι, πρόσληθον. ὧν θεμιστοὶ δ' αὐτοῖς πανηγυρίζουσιν ἀπὸ τῶν λαφύρων οἱ τό τε ταύτη τῶν πόρσω στρατηγοὶ ὑπτον ἄρδην αὐτοὺς ἀφάνισαν. ἐν δὲ τῇ σειρίᾳ τετραν τινὰ πρόχωμα πληρώσαντες εἰς βουσειδὲς χῶμα ἀπέθηκαν τεῖον. καὶ τὸ τῆς ἀναΐτιδος. ᾧ τὸ τῶν συμμάχων θεῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο ἀμανοῦ, καὶ ἀναδάτου πόρσω δαιμόνων. ἀπέδειξαν τε πανήγυριν κατ' ἔτος ἱεράν, τὰ σάκαι.

horum ſunt Scytharum ac Nomadum gentes, quæ omne boreale latus complent. Scythæ à Caſpio mari incipientes magna ex parte Daæ appellantur, qui orientaliores ſunt Maſſagetæ dicuntur & Sacæ, & alij communiter Scythæ, priuatim uero aliter atque aliter, uniuerſi frequentius Nomades uocantur. Ex Nomadibus maxime innotuerunt, Aſij, Paſiani, Tachari, Sacarauli qui Bactrianam Græcis abſtulere. Et qui ex ulteriore laxartis regione profecti ſunt, quæ apud Sacas & Sogdianos eſt, & quam Sacæ ipſi obtinebant. Ex Dais alij Aparni, alij Xanthij, alij Piſſuri appellantur. Aparni Hyrcanis & eorum mari proxime adiacent, reliqui uſque ad oppoſitam Ariæ regionem extenduntur. Inter eos & Hyrcaniam & Parthos uſque ad Arianam regio, ut multa eſt, ita & deſerta atque ſicca, quam longis itineribus permeantes Hyrcaniam, Iſæam & Parthorum campos excurrebant. Hi uero tributum illis ex pacto pendebant. Id erat permittere, ut ſtatis temporibus regionem excurrerent, atque prædam agerent. Cum uero præter conuenta facerent, bellum gerebatur, rurſumq; pax fiebat. Huiuſmodi etiam cæterorum Nomadum uita erat, ut ſemper uicinos infeſtarent, rurſumq; reconciliarentur. Sacæ tales inuaſiones faciebant, quales olim Cimmerij ac Trieres, interdum longinquas, interdum propinquas. Nam & Bactrianam occupauere, & optimam Harmeniæ regionem adepti ſunt, quæ ab ipſis poſtea Sacaſena eſt appellata, atq; uſque ad Cappadocas proceſſerunt, eos præſertim qui ad Euxinum uergunt, quos Ponticos uocant. Sed cum ex ſpolijs feſta celebrarent, Perſarum imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Ac petram quandam, in campo ſitam, in montis figuram, terra exaggerantes, muro circundederunt, atq; Anaitidis & ſociorum deorum Amani & Anandati, qui ſunt Perſarũ numina, conſtructo delubro, annua ibi ſolennia inſtituere nomine Saca, quæ ab ijs, qui Zela habitant, adhuc celebrantur. ſic enim locum eum uocant. Nam id oppidum magna ex parte eorum eſt qui ſacri ſerui appellantur. Põpeius addita illi regione non parua, eos qui in ea erant, intra mœnia deduxit habitatũ. Vna fuit

μέχρι νῦν ὠικημένοι οἱ τὰ ζῆλα ἔχοντες. ὅτω γὰρ καλοῦσι τὸν τόπον, ἔστι δὲ ἱερόδουλων πόλισμα ὁ πλέον. πομπήϊος δὲ πρόσθεις χώραν ἀξιόλογον, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ συνοικήσας εἰς τὸ τεῖχος, μίαν τῶν

πόλεων

ex claris ciuitatibus, quas post sublatum Mithridatem ille cõstituisset, ac de Sacis quidem nonnulli sic tradiderunt. Nõnulli uero quod Cyrus ducto aduersum eos exercitu, prælio superatus aufugit. Castrametatus etiam in eo loco ubi impedimenta reliquerat, bonis omnibus instructa, præsertim uino, postquàm exercitus paululum quieuisset, relictis uesperi tabernaculis fugitabund⁹ discesit, progressusq; quantum sibi commodum uidebatur, cõscendit. Sacæ ingruentes & castra uiris deserta ac rebus uoluptuosis plena comperientes, immodice implebantur. Cyrus conuersus uinolentos atq; attonitos inuenit. Vnde alij somno ac stupore pressi obtruncati sunt, alij saltãtes bacchantesq;, nudi in arma hostium inciderunt, lætiq; breui omnes periere. Ille ratus fœlicitatem hanc diuinitus esse, diem illum patriæ deæ consecrans, Sacæa nominauit, atque ubicunque deæ huius templum est, Sacæorum festa celebrantur. Positis enim die ac nocte Bacchanalibus, uiri simul ac mulieres eò usque potant, donec stupore comprehendantur. Massagetæ uirtutem suam maxime in bello aduersum Cyrum ostenderunt, de quibus ab ijs audiendum est, qui eos prędicant. De ijs tamen hæc dicũtur, quod alij montes habitant, alij campos, alij paludes, quas flumina efficiunt, alij insulas, quæ in paludibus sunt. Sed præcipue Aragum dicunt in partes multas diuisum, regionem hanc alluere, alijs ostijs in aliud mare exeuntem, boream uersus. Tantummodo solem deum putant, atque illi equum mactant. Singuli singulas uxores ducunt. Vtũtur etiam uxoribus aliorum, idq; haud occulte. Nam qui cum aliena congreditur, pharetram è curro suspendens, in propatulo coit. Genus mortis apud eos optimum iudicatur, ut senio confecti, in frusta cædantur, & cũ ouillis carnibus promiscue edantur. Eos qui morbo moriuntur, ut impios abijciunt, & dignos qui à feris deuorentur. Equites ac pedites optimi sunt. Vtuntur arcu, gladio, thorace, ac securi ænea. Aureas zonas habent, & diademata in gladijs. Aurea equorum fræna, & aurea pectoralia. Argentũ apud eos non est, ferri

πόλεως ἀπέφηνεν, ὧν διέταξε μετὰ τὴν μιθριδάτου κατάλυσιν. οἱ μὲν, οὕτω λέγουσι περὶ τῶν σακῶν. οἱ δ' ὅτι Κῦρος ὑπεστρατεύσας τοῖς σάκαις, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, φεύγει. στρατοπεδευσάμενος δὲ ἐν ᾧ χωρίῳ τὰς παρασκευὰς ἀπέλειπεν, πάσης ἀφθονίας ἁπάσης, καὶ μάλιστα οἴνου, διαναπαύσας μικρὸν τὴν στρατιὰν ἥλαυνεν, ἀφ' ἑσπέρας, ὡς φεύγων. πλήρεις ἀφεὶς τὰς σκηνάς. προελθὼν δ' ὅσον ἐδόκει συμφέρειν, ἱδρύθη. ὑπνούντων δ' ἐκείνων καὶ καταλαβόντων ἔρημον ἀνδρῶν τὸ στρατόπεδον, τὴν μὲν πρὸς ἀπόλαυσιν μεσῶν ἀναίδην ἐπλήμπλαντο. οἱ δ' ὑποστρέψας ἀθύμους κατέλαβε, καὶ παραπλήγας. ὡς οἱ μὲν, ἐν μέρει μεθύοντες, καὶ ὑπνῳ, κατενύσσοντο. οἱ δ' ἐρχόμενοι, καὶ βακχεύοντες, γυμνοὶ πρὸς ἐπίπεδον τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις. ὀλίγοι δ' ἀπώλοντο ἅπαντες. ὁ δὲ, θεῖον νομίσας τὸ εὐτύχημα, τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀνιδρώσας τῇ πατρίῳ θεῷ προσαγορεύσας σάκαια. ὅπου δ' ἂν, ἡ, τῆς θεοῦ ταύτης ἱερὸν, ἐνταῦθα νομίζεται, καὶ ἡ τῶν σακαίων ἑορτὴ βακχεία τις μεθ' ἡμέραν, καὶ νύκτωρ διεσκευασμένων σκυθιστὶ πινόντων ἅμα, καὶ πληκτιζομένων πρὸς ἀλλήλους, ἅμα τε, καὶ τὰς συμπινούσας γυναῖκας. μασσαγέται δ' ἐδήλωσαν τὴν στρατείαν ἀριστεῖα ἐν ᾧ πρὸς Κῦρον πολεμῳ. πρὸ ὧν θρυλοῦσι πολλοί. καὶ δὴ καὶ παρ' ἐκείνων. λέγεται δὲ, καὶ ἄλλα περὶ τῶν μασσαγετῶν. ὅτι κατοικοῦσιν οἱ μὲν, ὄρη. τινὲς δ' αὐτῶν πεδία. οἱ δὲ, ἕλη ἃ ποιοῦσιν οἱ ποταμοί. οἱ δὲ, τὰς ἐν τοῖς ἕλεσι νήσους μάλιστα δέ φασι τὸν ἄραξον ποταμὸν κατακλύζειν τὴν χώραν πανταχῇ ῥέοντα. ἐκπίπτοντα δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ὁμαρεῖ εἰς τὴν ἄλλην τὴν πρὸς ἄρκτους θάλασσαν. ἐνὶ δὲ μόνῳ πρὸς τὸν κάσπιον πελάγει. ὑρκανίῳ θεῷ δὲ ἅπασι μόνον ἡγοῦνται τοῦτῳ δὲ ἱππόθυτον. γαμεῖ δ' ἕκαστος μίαν. χρῶνται καὶ ταῖς ἀλλήλων, οὐκ ἀφανῶς. ὁ δὲ μιγνύμενος τῇ ἀλλοτρίᾳ, τὴν φαρέτραν ἀρτύσας ἐκ τοῦ ἅρματος φανερὸς μίγνυται. θάνατος δὲ νομίζεται παρ' αὐτοῖς ἄριστος, ὅταν γηράσαντες κατακοπῶσι μετὰ προβατείων ἱερεῖων, καὶ ἀναμίξ βρασθῶσι. τοὺς δὲ νόσῳ θανόντας ῥίπτουσιν ὡς οὐ σεβεῖς, καὶ ἀξίους ὑπὸ θηρίων βιβρῴσκεσθαι ἀγαθοὶ δὲ ἱππόται, καὶ τοξόται. τόξοις ἠ χρῶνται καὶ μαχαίραις, καὶ θώραξι. καὶ σαγάρεσι χαλκαῖς. ζῶναι ἢ αὐχεῖσι χρυσαῖ. καὶ σφαλήμασι ἐν ταῖς μάχαις. οἱ τε ἵπποι χρυσοχάλινοι, μασχαλιστῆρες ἢ χρυσοῖ. ἄργυρος δ' ὁ γινέτης παρ' αὐτοῖς, σίδηρος δ' ὀλίγος

ὀλίγον. χαλκὸς δὲ, καὶ χρυσὸς ἄφθονον. οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς νήσοις οὐκ ἔχοντες σῖτον, ῥιζοφαγοῦσι, καὶ ἀγρίοις χρῶνται καρποῖς. ἀμπέχονται δὲ τοὺς τῶν δενδρῶν πλοιούς. οὐ δὲ βοσκήματα ἔχουσι. πίνουσι δὲ ἐκ τῶν δενδρέων καρπὸν ἐκθλίβοντες. οἱ δ' ἐν τοῖς ἕλεσιν ἰχθυοφαγοῦσιν. ἀμπέχονται δὲ, τοῖς τῶν φωκῶν δέρμασι τὴν ἐκθαλάττιος αὐστηρέχουσαν. οἱ δ' ὄρειοι τοῖς ἐγγείοις τρέφονται, καὶ αὐτοὶ καρποῖς. ἔχουσι δὲ, καὶ πρόβατα ὀλίγα. ὥστ' οὐδὲ κατακόπτουσι φειδόμενοι τῶν ἐρίων χάριν καὶ τοῦ γάλακτος. τοῖς δ' ἐδώδιμα ποικίλλουσιν ὠμοῖς ἰχθύσι φαρμάκοις. δυσεξίτηλον ἔχουσι τὸ αὖθος. οἱ δὲ πεδινοὶ καὶ πολὺ ἔχοντες χόρτον, οὐ γεωργοῦσιν. ἀλλὰ ζῶσι νομαδικῶς, καὶ σκυθικῶς. ἔστι γάρ τις καὶ κοινὴ ἁπάντων τῶν τοιούτων, ἡ πολλαχοῦ λέγω, καὶ παρὰ δ' ἐσὶ παραπλήσιαι. καὶ ἤθη, καὶ ὁ σύμπας βίος ὡσαύτως μὲν, σκηνὰς, δὲ, καὶ ἄγριος ἐν πολεμικός. ὡς δὲ τὰ συμβόλαια ἁπλοῦς, καὶ εὐκάπηλος. τοῦ δὲ τῶν μασσαγετῶν, καὶ τῶν σακῶν ἐθνους, καὶ οἱ ἀπᾴστιοι, καὶ οἱ χωρασιουσινοὶ εἰς οὓς ἀφ' τῶν Βακτριανῶν, καὶ τῶν σογδιανῶν, ἔφυγε ἀσπαμίθρης εἰς ἐκ τῶν σατραπῶν πόρσω τὴν ἀλέξανδρον. καθήκουσι, καὶ βόρειον, καὶ ὕστερον δὲ ἀρσάκης τὴν ἀλλίνιον φεύγων εἰς οὓς ἀσασιάτρας ἐμβάλλει. φησὶ δ' ἐρατοσθένης οὓς ἀραχωσίους, καὶ μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρακεῖσθαι πρὸς ἕω. καὶ σάκας μὲν, καὶ σογδιανοὺς, τοῖς ἄρεσι ἐλάφεσιν ἀνατολικῶς. Βακτρία δ' ἐστ' ὀλίγον. τὸ γὰρ πλέον τοῦ παρωτασηνοῦ παρακεῖσθαι δοκεῖ δὲ σάκας ἢ, καὶ σογδιανοὺς τὴν ἀρξάνδιον, καὶ σογδιανοὺς δὲ, Βακτριανῶν τὸν ὦξον, μεταξὺ δὲ ὑρκανίων, καὶ ἀείου, παπύρους οἰκεῖν. λύκλω δὲ περὶ τὴν θάλατταν μετὰ οὓς ὑρκανούς, ἀμαρνούς τε, καὶ ἀνδριάκας. καὶ καδουσίους καὶ ἀλβανούς. καὶ κασπίους, καὶ οὐιτίους. τάχα δὲ, καὶ ἑτέρους μέχρι σκυθῶν. ὧν θάτερα δὲ μέρη τῶν ὑρκανῶν δοκεῖ δὲ καὶ δουσίους συμφαύειν μόλωι καὶ μανιανῶν τοῦ τὸν παραχοάθραν. τὰ δὲ διαστήματα οὕτω λέγει ὧδε μὲν τὸ κασπίου θεὸν τὸν ὦξον, ὡς χιλίους ὀκτακοσίους σταδίους γάθῳ δ' ὧδε κασπίας πύλας τριακιχιλίους ἑξακοσίους, εἶτα εἰς ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν ἀρείοις ἑξακιχιλίους πεντακοσίους εἶτ' εἰς βάκτρα τὴν πόλιν ἣ ἡ ζαριάσπη καλεῖται, τρισχιλίους ὀκτακοσίους ἑβδομήκοντα. λέγει δὲ, καὶ οὕτω τὰ διαστήματα, ἀπὸ κασπίων πυλῶν εἰς ἰνδούς, εἰς μὲν ἑκατόμπυλον, χιλίους ἑπτακο-

parum, ære atq; auro abundant. Qui in insulis habitant, cum semine careant, herbarum radices edunt, & agrestibus fructibus utuntur. Vestis est eis arborum cortex. pecudes enim non habent. Expresso arborum fructu, bibunt. Qui paludes habitant piscibus uescũtur. Phocarũ coria è mari prodeuntium induunt. Montani agrestibus fructibus aluntur. Oues habent, non tamen multas, quas minime occidunt, lactis & lanæ gratia parcentes. Vestes infectorijs uenenis tingunt, quæ florem habent indelebilem. Campestres etsi regionẽ habent, eam tamen non colunt, sed ex ouibus piscibusq; Scytharum ac Nomadum more uiuunt. Nam horum omnium communis quidam victus est, is, quem sæpe dico. Sepulturæ quoq; & mores & uniuersa uita par, quæ quanquàm simplex sit, sinistra tamen, bellica agrestisq; est, in contractando autem non uersuta. Ex Massagetarum & Sacarum gente sunt Attasii & Chorasmini, ad quos Spitamenes ex Bactrianis ac Sogdianis confugit, unus ex Persis, qui ab Alexandro aufugerunt, quemadmodũ Bessus & postea Arsaces qui Callinicũ Seleucum fugiens, ad Aspasiatras secesit. Eratosthenes dicit Arachotos & Massagetas Bactrijs occidentem uersus adiacere ad Oxum. Sacas & Sogdianos toto solo Indiæ opponi, Bactrios aliquanto. nam magna ex parte Paropamiso adiacent. Sacas à Sogdianis laxartem dirimere, Sogdianos à Bactrianis Oxum. Inter Hyrcanos & Arios, Tapyros habitare. Post Hyrcanos, circumcirca mare esse Amarnos, Andriacas, Caddusios, Albanos, Caspios, Vitios, & nonnullos alios fortasse usq; ad Scythas. Ex altera Hyrcanorum parte Derbicas, Caddusios uero sub Parachoathra, Mediam, Matianamq; contingere. Distãtias sic dicit à Caspio in Cyrũ circiter mille & octogínta stadia. Hinc ad Caspias portas quinq; millia & quingẽta. Hinc usque Alexãdriã, quę in Ariana, sex millia & quadringenta. Hinc usque Bactra quæ etiam Zariaspa nominatur, tria millia & octingenta ad LXX. Eas etiam sic colligit à Caspijs portis in Indiam usq; Hecatompylon mille & nonagin

ta ad ſexaginta. Vſq; Alexandriam, quæ eſt in Ariana, quatuor millia & quingenta ad trigin ta. Hinc uſq; Prophthaſiam, quę eſt in Drape, mille & ſexcenta, quidam quingenta dicunt. Hinc uſq; Arachotos ciuitatem, quatuor millia ac centum ad uiginti. Hinc uſq; Ortoſpana ad triuiũ, quo ex Bactris itur, duo millia. Hinc ad Indiæ confinia mille. Quę omnia ſunt quin decim millia & quingenta. Hæc diſtantia ſi in rectum intelligatur continuo tractu, ab Indo ad mare orientis, eſt Indiæ lõgitudo. Ac de Sacis quidem hactenus. Parthia non multa eſt, quapropter Parthi cum Hyrcanis Perſice uiue bant, etiam multo poſt tempore quàm Macedones imperarẽt. Ad paruitatẽ accedit, quod nemoroſa eſt, mõtana atq; inops, quapropter reges eam curſu præteribant, cum regione mi nimam quidem exercitus partem alere poſſet, nunc uero aucta eſt. Nam Cameſena atq; Cho rena & tota ferè regio uſq; ad Caſpias portas, & Aragos & Tapyros quę prius Medorũ erãt, Parthorũ ſunt. Apamea & Heraclea urbes ſunt Rhagis uicinæ. A Caſpijs portis Rhagas uſq; ſtadia ſunt (ut Apollonius uult) quingenta, uſ que Hecatompylon quæ eſt Parthorum regia, mille ducenta & ſexaginta. Rhagis nomen impoſitum dicitur à terræ motibus, qui ibi fre quẽter fiunt, à quib. multę urbes (ut Poſidoni⁹ refert) & duo millia uicorum euerſa ſunt. Inter Derbicas & Hyrcanos Tapyri dicuntur habi tare. Memoriæ proditum eſt Tapyris morem eſſe, ut proprias uxores alijs uiris nuptui con cedant, cum duos trésue filios ex eis ſuſcepe rint. Quemadmodũ apud nos Cato indigenti Hortenſio Martiam conceſsit, ſecundum anti quam Romanorum conſuetudinem. Rebus extra Taurum innouatis, propterea quod Sy riæ ac Mediæ reges, rerum earum domini, in ter ſe diſsidebant, Euthydemus quidem pri mo Bactrianam, quæ ei commiſſa erat, atq; o mnem finitimam regionem ad defectionem perduxit. Poſtea Arſaces uir Scytha, cum ex Dais quoſdam haberet, qui Parni dicuntur Nomades, Ochum accolentes, Parthiam inua ſit atq; obtinuit. Sed ipſe & ſucceſſores eius in initio imbecilli erant, dum bellum aduer ſum eos gererent, qui regionem abſtulerunt. Poſtea uero ob præclara belli facinora adeo polluerunt, ſemper aliquid finitimis adimen tes, ut totius tandem regionis quæ cis Euphra tem eſt, potirentur, ac uim Scythis afferentes,

σίους ἐξήκοντα φασίν, εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀριοις, τετρακισχίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα ἑπτά· εἰς δὲ Προφθασίαν τὴν ἐν Δράγγαις, χιλίους χ. οἱ δὲ φ. εἰς δὲ Ἀραχωσοὺς τὴν πόλιν τετρακισχίλιοι ἑκατὸν εἴκοσιν. εἰς Ὀρτόσπανα. ὧθεν τὴν ἐκ Βάκτρων τρίοδον, διακόσιοι. εἰς δὲ τὰ ὅρια τῆς Ἰνδικῆς χιλίους. ὁμοῦ μύριοι ἑπτακισχίλιοι φ'. ἐπ' εὐθείας δ' ἰόντι τὸ μέγεθος τοῦτο τὸ συνεχὲς δεῖ νοεῖν ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης μήκους, τῆς Ἰνδικῆς. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς Σάκας. ἡ δὲ Παρθυαία, πολλοὶ μὲν οὐκ ἔστι συμπολεμοῦσι γοῦν μετὰ τῶν Ὑρκανῶν τὰ πρῶτα. καὶ μετὰ ταῦτα τῶν Μακεδόνων βραχύτατον δὲ χρόνον πολλοῦ. πρὸς δὲ τῇ σμικρότητι δασεῖα καὶ ὀρεινή ἐστι, καὶ ἄπορος. ὃς πρὸ μὲν τοῦ ῥᾳδίως διεξιέναι, τὸν ἑαυτοῦ οἱ βασιλεῖς ὄχλον, οὐ δυναμένης τρέφειν τῆς χώρας ἐπὶ ὀλίγον μικρόν. ἀλλὰ νῦν αὔξηται. μέρος δ' ἐστὶ τῆς Παρθυηνῆς, ἥ τε Καμησηνὴ, καὶ ἡ χωρὶς ἀφορισθὲν δ' ἐστὶ, καὶ τὰ μέχρι πυλῶν Κασπίων καὶ Ἀραγῶν καὶ Ταπύρων. ὄντα τῆς Μηδίας πρότερον. ἔστι δ' ἀπάμεια, καὶ Ἡράκλεια πόλεις πρὸς τὰς ῥαγάς. εἰσὶ δ' ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς Ῥαγὰς σταδίοι πεντακόσιοι ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος. εἰς δ' Ἑκατόμπυλον τὸ τῶν Παρθυαίων Βασίλειον, χίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα. τοὔνομα δὲ τῶν ῥαγῶν ἀπὸ τῶν γηνομένων σεισμῶν γηγενέσθαι φασίν, ὑφ' ὧν πολλὰ τε συχνὰ καὶ κῶμαι διχίλιαι ὡς φησι Ποσειδώνιος ἐτράπησαν. οὓς δὲ Ταπύρους οἱ κεῖν φασι διορύσσειν τε, καὶ ὑρκανῶν. ἰσορροῦσι δὲ πρὸς τῶν Ταπύρων ὅτι αὐτοῖς ἐπινομίμων, τὰς γυναῖκας τὰς γαμετὰς ἐκδίδοναι ἑτέροις ἀνδράσιν ἐπιδιαιτᾶν δ' αὐτῶν αὐτὰ τὰ δύο ἢ τρία τέκνα. καθάπερ, ἐν κάτω ὀρεσίῳ δεκαθύρῳ δ' ἐστὶ διορυκτὸν τὸν μαρκίωνα ἐφ' ἡμῶν. κατὰ παλαιὸν ῥωμαίων ἔθος. νεωτερισθέντων δὲ τῶν ἔξω τοῦ ταύρου διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ τοὺς συνεχεῖς, καὶ τοὺς μηδικοὺς βασιλέας τοὺς ἔχοντας ταῦτα. πρῶτον μὲν τὸν Βακτριανὸν ἀπέστησαν οἱ περὶ Σογδιανοί, καὶ τὸν ἐγγὺς αὐτοῖς πάσαν, οἱ πρὸς εὐθυδρόμον. ἔπειτ' Ἀρσάκης αὐτὸς σκύθης τῶν Δαῶν τινὰς ἔχων οὓς Πάρνους καλοῦμενος νομάδας, παροικοῦντας τὴν ὄχον, ἐπῆλθεν εἰς τὴν Παρθυαίαν, καὶ ἐκράτησε αὐτῆς. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀδυνάτως εἶχε διὰ πολεμῶν πρὸς οὓς ἀφαιρεθέντας τὴν χώραν, καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ διαδεξάμενοι ἐκείνου ἔπειθ' οὕτως ἴσχυσαν ἀφαιρούμενοι τὸν πλησίον ἀεὶ διὰ τὰς ἐν τοῖς πολέμοις κα-

τορθώσεις, ὥς τε πλουτῶντος, ἁπάσης τῆς ἐντὸς Εὐφράτου λυσιοι κατέσπασαν. ἀφεῖλοντο δὲ, καὶ τ

Βακτριανῆ

Βακτριανῆς μέρος βιασάμενοι οὐ σκύθας. καὶ ἐπὶ πρότερον οὖν τοὺς εὐκρατίδαν. καὶ νῦν ἐπάρχουσι τοσαύτης γῆς, καὶ τοσούτων ἐθνῶν ὥς τι αὐτίπαλοι τοῖς ῥωμαίων βόπερ πνὰ γεγόνασι, κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. ἄπιος δ' ὁ βίος αὐτῶν, καὶ τὰ ἔθη, τὰ ἔχοντα πολὺ μὲν τὸ βάρβαρον, καὶ τὸ σκυθικώτ. πλέον μέν τοι τὸ χρήσιμον πρὸς τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὴν γὰ τοῖς πολέμοις κατορθωσιν. φασὶ δὲ οὗς πάρνους δάας μεταξὺ εἶναι ἐκ τῶν ἐπὶ τῆς μαιώτιδος δ' ἀνω, ὃς ξανθίους ἢ παείους καλοῦσιν. οὐ πάνυ δ' ὁμολόγηται δάας εἶναί τινας τῶν ἐπὶ τῆς μαιώτιδος σκυθῶν, ἀλλὰ τούτων δ' ὧν ἔλκειν φασὶ τὸ γένος τῶν ἀρσάκου. οἱ δὲ, βακτριανὸν λέγουσιν αὐτόν. φεύγοντα δὲ τὴν αὔξησιν τῶν πρὸς ἀνατολὴν, ἀρξῆσαι τῆς παρθυαίας. ἀρκιώτου δὲ πολλὰ πρὸς τῶν παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δίου τέρας δὲ, τῶν μετὰ πολυβίου, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν δόξωμεν, τοσοῦτον εἰπόντος λόγου, ὅτι τῶν παρθυαίων σωτῆριον φησὶ ποτειδωνιος εἶναι δίττόν, τὸ μὲν, συγγενῶν, τὸ δὲ, συγγενῶν, καὶ μάγων, ἐξ ὧν ἀμφοῖν οὖν βασιλεῖς καθίστηται. ἡ δ' ἄρλα, καὶ ἡ μαρτυανὴ, ἀκραίστα χωρία ὄντα ταύτη, τῇ μὲν, ὑπὸ τῶν ὀρῶν ἐγκλειόμενα, τῇ δ' ἐν πεδίοις τὰς οἰκήσεις ἔχοντα. τὰ μὲν ὄρη νέμονται σκιωταί τινες, τὰ δὲ πεδία ποταμοῖς διαῤῥεῖται. πυρίζουσι δ' αὐτὰ τὰ μὲν, ξηρὰ ἀείου, τὰ ἢ μάργου. ὁμορεῖ δὲ ἡ ἀρία τῇ βακτριανῇ, καὶ τὴν ὑποκάσαν ὄρει ξηρὸν ἔχοντι τὴν βακτριανὴν, ἥκει δὲ τὴν ὑρκανίαν πρὸς ἑξακισχιλίους σταδίους. σύμπασα δ' ὧν αὐτὴ καὶ ἡ δραπανὴ μέχρι χαρμανίας. τὸ μὲν πλέον τοῖς νοτίοις μέρεσι τῶν ὀρῶν ὑποπεπωκυῖα, ἔχουσα μὲν τοι πνὰ τῶν μερῶν, καὶ τοῖς ἀρκτικοῖς πλησιάζοντα τοῖς κατὰ τὴν ἀρίαν. καὶ ἡ ἀραχωσία δὲ εὐ πολὺ ἀπωθεῖ ὄρη. ὑπὸ αὐτοῖς τοῖς νοτίοις μέρεσι τῶν ὀρῶν ὑποπεπωκυῖα, καὶ μέχρι τοῦ ἰνδοῦ ποταμοῦ τεταμένη μέρος οὖσα τῆς ἀριανῆς. μῆκος δὲ τῆς ἀρίας ὅσον διχίλιοι στάδιοι, πλάτος δὲ τριακόσιοι τοῦ πεδίου. πόλεις δὲ ἀρκτακάλα, καὶ ἀλεξάνδρεια, καὶ ἀχαΐα, ἐπώνυμοι τῶν κτισάντων. εὐοινεῖ δὲ, σφόδρα ἡ γῆ. καὶ γὰρ εἰς τρίγονίαν παραμένει ἐν ἀπεπώτοις ἄγγεσι. παρὰ πλησίον δ' ὄρη, καὶ ἡ μαργιανή. ἐρημίας δὲ πολιέχεται τὸ πεδίον, θαυμάσας δὲ τὴν δυφνίαν ὁ σωτὴρ αὐτίοχος, τεῖχει περιέβαλε κύκλῳ ἔχοντι χιλίων, καὶ

Bactrianæ partem eis abstulerunt, sed prius etiam Eucratidæ, & nunc quidem tantæ regioni ac populis dominantur, ut propter imperij magnitudinem cum Romanis quodammodo contendant, Causa est eorum uita, ac mores, qui cum ualde Barbari sint, ac Scythici, ad imperandum tamen, & gerēdum bellum plurimum ualent. Tradunt Parnos Daas esse, ex Daijs profectos, qui ultra Mæotim habitant, quos Xandios, siue Parios dicunt. Sed nō ual de constat esse Daas ullos ex Scythis qui ultra Mæotim sunt. Ab ijs ortum Arsacem putant, quidam eum Bactrianum dicunt. Is cum Dio doti incrementum fugeret, Parthiam ad defectionem perduxit. Nos uero cū multa de Parthorum moribus in sexto historiarum lib. dixe rimus, qui secundus est, post Polybium, cætera omittemus, ne eadem repetere uideamur, hoc dicto dūtaxat, quod Parthorū collegium (ut Posidonius refert) duplex est, nā alterum affinium est, alterum magorum ac sapientum, è quibus utrisq; reges fiunt. Aria & Martyana optima apud eos loca, partim montibus clausa sunt, partim habitationes in campis habent. Montana Scenitæ quidam incolunt. Campi fluminibus sunt irrigui. Irrigant eos partim Arius, partim Margus. Aria Bactrianæ contermina est, & monti subiecta qui Bactrianā habet. Ea distat ab Hyrcania sex millibus ferè stadiorum. Cum ea erat etiam Dratiana, usque in Charmaniam. Pleraque Ariæ pars australibus montium partibus subiacet, pars uero septentrionalibus proxima est, quę iuxta Ariam sunt. Non longe abest Arachosia, quæ australibus montium partibus subiacet, & usq; ad Indum flumen extenditur, ea etiam Arianæ pars est. Arię longitudo est ad duo millia stadiūm, campi latitudo trecenta. Vrbes Artacana, Alexandria, Achaia, à conditoribus appellatæ. Hæc regio optimi uini ferax est, quod in uasis non picatis ad generationes tres perdurat. Similis est Margiana, campus desertis ambitur, quapropter Antiochus Soter muro, admiratꝰ loci naturā circūdedit, cuius ambitus mille &

quingentûm erat ſtadiorum, atque urbem Antiochiam cõdidit. Ea etiam uites optimas fert, quapropter tradunt ſæpe uitis truncum inueniri, quantum duo uiri complecti queant, racemum duorum cubitorum. Quædã Bactriæ partes, ſeptentrionem uerſus Ariæ adiacent, ſed pars maxima imminet ad auroram, ea multa eſt, & omnium ferax, præter oleum. Ob huius regionis uirtutem, adeo Græci polluerũt, qui eã occupauere, ut Arianis & Indis fuerint dominati, ut Apollonius Atrammiten⁹ refert, & plures gentes quàm Alexander ſubegerũt, præcipue Menãder qui & Hypanim ad orientem traiecit, & uſque ad Iſamum progreſſus eſt, partem ipſe, partem Demetrius Euthydemi filius regis Bactriorum non ſolum Pattallenam, ſed etiam cæteram oram, quæ Teſarioſti dicitur, & Sigertidis regnum obtinuerunt. In ſumma dicit totius Arianæ tutamen eſſe Bactrianam. Inde uſque ad Syros & Phaunos imperium protulerunt. Vrbes habuere Bactra, quæ etiam Zariaſpa appellata eſt, per quã flumen eiuſdem nominis defluens emittit in Oxum. Item & Darapſam & complures alias. Eorum erat etiam Eucratidia ab imperante cognominata. Græci qui eam tenuere in ſatrapias diuiſerunt, è quibus Aſpioniam, & Turiuam, Parthi Eucratidæ abſtulerunt. Habuere etiam Sogdianam quę Bactrianæ imminet ad auroram, inter Oxum qui Bactrianam, & Sogdianam, & laxartem qui Sogdios & Nomadas terminat. Olim Sogdiani ac Bactriani uita & moribus non multum à Nomadibus differebant, Bactriani aliquãto erant mitiores. Verũ Oneſicritus de ijs non recte dicit, quod qui iam ſenio morbóue confecti ſint, uiui canibus apponantur, ad hoc ipſum de induſtria enutritis, quos patria lingua ſepulchrales uocant. Et quod ea, quæ extra metropolis mœnia ſunt, munda ſint, interiora uero humanis oſſibus referta, & quod Alexãder legẽ eam ſuſtulerit. Similia ferè de Caſpijs ſcribuntur, quod parẽtes incluſos fame necẽt, cum iam ſeptuageſimum annum exceſſerint. Hoc quidem tolerabilius

τῶν τακοσίων σταδίων. πόλιν δὲ ἐκτίσεν, Ἀντιόχειαν, δυάμπελον δὲ, καὶ αὕτη ἡ γῆ. φασὶ δὲ τὸν βότρυν μέγεθος ἐνίοτε πολλαχοῦ διδόναι ἀνδρὶ δύο πήχεις λαμβάνοντι. τῆς δὲ Βακτριάνης μέρη μὲν τινα τῇ ἀρείᾳ προσβέβληκε πρὸς ἄρκτον, τὰ πολλὰ δ' ὑπέρκειται πρὸς ἕω. πολλὴ δ' ὅλη, καὶ πάμφορος, πλὴν ἐλαίου. τοσοῦτον δὲ ἰσχύσαν οἱ ἀρξήσαντες ἕλληνες αὐτῶν ἅμα τῇ ἀρετῇ τῆς χώρας, ὥστε τῆς τε ἀριανῆς ἐπικράτουν, καὶ τῶν ἰνδῶν, ὡς φησιν Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτραμμυτηνός, καὶ πλέω ἔθνη κατεστρέψαντο, ἢ Ἀλέξανδρος. καὶ μάλιστα μένανδρος. ἦγε καὶ τὸν ὑπανιν λέβη πρὸς ἕω, καὶ μέχρι τοῦ ἰσάμου πεδῆλθε. τὰ μὲν γὰρ αὐτὸς, τὰ δὲ διαδεξάμενος ὁ δυθυδήμου υἱὸς τοῦ Βακτρίων βασιλέως, οὐ μόνον δὲ τὴν παραλίαν ταύτην κατέσχον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης παραλίας τὴν τε ἑσπερίου καλουμένην, καὶ τὴν σιγερτιδος βασιλείαν. καθόλου δέ φησιν ἐκεῖνος τῆς συμπάσης ἀριανῆς, πρόσχημα εἶναι τὴν βακτριανήν. καὶ δὴ καὶ μέχρι συρῶν, καὶ φαινῶν ἐξέτειναν τὴν ἀρχήν. πόλεις δ' ἔχουσι τά τε βάκτρα, ἥν που καὶ ζαριάσπαν καλοῦσιν. ἣν διαῤῥεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς ἐμβάλλων εἰς τὸν ὄξον, καὶ διαφέρων, καὶ ἄλλους πλείους. τούτων δ' ἴδιον καὶ ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος ἐπώνυμος. οἱ δὲ καταχόντες αὐτὴν ἕλληνες, καὶ εἰς σατραπείας διῃρήκασιν, ὧν τήν τε ἀσπιώνου, καὶ τὴν τουριούαν ἀφῄρηντο δυνάσται οἱ παρθυαῖοι. ἔχουσι δὲ, καὶ τὴν σογδιανὴν ὑποκειμένην πρὸς ἕω τῆς βακτριανῆς. μεταξὺ τοῦ τε ὄξου ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τήν τε τῶν βακτρίων, καὶ τὴν τῶν σογδίων, καὶ τοῦ ἰαξάρτου οὗτος δὲ καὶ τοὺς σογδίους ὁρίζει, καὶ τοὺς νομάδας. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν οὐ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν νομάδων οἵ τε σογδιανοὶ, καὶ οἱ βακτριανοί. μικρὸν δ' ὅμως ἡμερώτερα ἦν τὰ τῶν βακτριανῶν. ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων οὐ τὰ βέλτιστα λέγουσιν οἱ περὶ ὀνησίκριτον. τοὺς γὰρ ἀπείρηκότας διὰ νόσον, ἢ γῆρας ζῶντας παραβάλλεσθαι τρεφομένοις λυτοῖς, ἐπὶ πολὺ δὲ πρὸς τοὺς, οὓς ἐνταφιεῖς καλοῦσι τῇ πατρῴᾳ γλώττῃ. καὶ ὁρᾶσθαι τὰ μὲν ἔξω τείχους τῆς μητροπόλεως τῶν βακτρων καθαρά. τῶν δ' ἐντὸς τὸ πλέον ἀστέων πλῆρες ἀνθρωπίνων, καταλύσαι δὲ τὸν νόμον ἀλέξανδρον. τιμωρεῖται δέ πως καὶ τὰ περὶ τοὺς κατοικίους ἱστοροῦσι. τοὺς γὰρ γονέας ἐπειδὰν ἐβδομήκοντα ἔτη γεγονότας τυγχάνωσιν, ἐγκλῃσθέντας λιμοκτονεῖν. τοῦτο μὲν οὖν ἀνικτότερον

